




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
11 11 A
24


Secundus dyalogorum liber beati Gregorij pape de vita ac miraculis beatissimi Benedicti

Eiusdem Almi patris nostri Benedicti regula.

Speculum Bernardi Abbatis casinensis de his ad que in professione obligatur monachus.









Que deus ad moysen sacro mādata in Sion
Monte: dedit populo [illegible] ille .
Spūs oipotēs Benedicti ex ore loquutus:
Nos docuit christi subdere colla iugo.
Sed qa mortales sine te nil posse fatemur:
Quesumus: vre sacris corda sopita focis.
Hinc erit: vt patris nostri pcepta colentes:
Scandamus solij tecta decora tui.

B

¶ De approbatione regule beati Benedicti. D. Gregorius papa.

Ego Gregori⁹ scē romane ecclie psul scripsi vitā bti Bñdicti: ꝛ legi regulā: quā ipse scūs manu ppria scripsit. Laudaui eā ꝛ ꝯfirmaui in scā synodo: ꝛ p diuersas ptes italie: ꝛ vbicunqꝫ latine lr̃e legerent pcepi vt diligētissime obseruarēt qcūqꝫ ad ꝯuersiōis grãz accessuri eēnt vsqꝫ i finē mūdi. Et ꝯfirmo. xij. monasteria: que ipse scūs ꝯstruxit. Hec Gregorius in qdā. puilegio monasterio sublacensi concesso.

¶ Ex chronicis ven. D. Antonini archiepi Florē. pte. ij. ti. xv. c. xxiij. pagrapho. ij.

Monachi nigri cuiusmodi credunt cluniacenses: quū essent incrassati ꝛ ipinguati dilatatiqꝫ abbatijs innumeris: vbiqꝫ terrarū vagātes ad libitum: restricti fuerunt aliqualiter per Cle. ne in agro in exterioribus. Sed in interioribus nigri remanebāt. Deus aūt qui inueterata renouat: ꝛ carboneos igne succensos lucidos facit: quosdā nobiles sm seculū: ꝛ mente nobiliores monachos inspirauit ad Bñdicti pris regulā ex integro adimplēdam cum quibusdā constitutionibus ad regulam adiūctis. Initium

habuit circa ãnos Dñi. M.cccc. in abbatia que dicit sancte Justine padue: cuius congregationis: que dicitur sancte Justine fautor et multum ad eam affectus et promotor fuit Eugenius. iiij. Quibus in breui multiplicatis dedit ipse idem multa magna mõasteria: et inter cetera sancti Pauli extra vrbem: et abbatiam Florentinam. Eos etiam exẽptauit a diocesanis et alijs p̃latis: et magnis priuilegijs fulciuit: ex qua etiã religione per ipsum pileatus est rubro venerabilis vir religionis Zelator. D. Joannes syculus abbas sancti Pauli. Jter in. iij. scdc summe sue idem. D. Antoninus sic ait. Sub regula beati Benedicti militant multi ordines: vt mõachi nigri: de qbus in cle. ne in agro: Qui quum essent relaxati. reformati sunt i speciali congregatione: que dicitur sancte Justine et c. Cistercieñ. Camaldueñ. Vallis vmbrose. Humiliatorum. Cluniaceñ. Celestini: Oliuetani. Saluestrini. Oẽs hi sub regula bti Benedicti. Differunt tamen cõstitutionib⁹ et aliqui habitu. Hec. D. Anto. Beatissimus autem Benedictus colore nigro vsus est: sicut multe scripture et monumenta plurima argumento sunt.


C Sacre Regule diui p̃ris nr̃i Bñdicti capitula quo faciliꝰ mẽorie tradant: b:euimetro collecta. 1 2 3 4
mõachoꝝ qualis sit ad cõsiliũ bonoꝝ opus
Quot gñ̃a: hic abbas: q̃t frẽs colligat: arma
5 6 7 8 9 10
ad ob. hũil. circa offã: ꝑs nocturni estiuis
Sint agiles: taciti qꝫ: g̃dꝰ: qd nocte: q̃t estas
11 12 13 14 15
vigilie matutine: diebꝰ offã: scõꝝ: tp̃s exigat
Hinc dñi: laudes: ꝑuatis: festa: qõ alleluia
16 17 18 19 20 21
ꝑ dic offã: ꝑs psalmoꝝ discipli̾e oꝛonis ŏcãl
Luce. quot: oꝛdibꝰ: psallãt: reuerẽtia: pꝛes:
22 24 25 26 27 c̃c̃ hos qño dõmiãt
excõio: excõicãdi: clpa: q se excõicat curã gẽ:
Sõnꝰ: culpaꝝ: ratio: grauis. iserit. Abbas:
28 29 30 31 32
menta nõ emendãtes: si
iteruz recipit. qño coꝛripit. de cellario ferra.
Arguti. egrediens. infans. cellariaꝰ ferrum
33 34 35 36 37
habeãt nec̃ia de septimanarijs. qño tractet.
Nil ꝓpꝛiũ accipiãt qꝫ: cogna ifirmꝰ. ⁊ ifãs
38 39 40 41
mense. ciboꝛum poꝛtio reficiendi
Atqꝫ senex: lectoꝛ. mẽsura. potꝰ quoqꝫ tp̃s

Incipit Tabula alphabetica:


Tabula

Tabula






¶ Incipit scd's liber dia logoꝝ bti grego. pape de vita ꝛ miraculis bti pꝛio nri bñdicti. Incipit vita.



Uitvir vite venerabil' gra bñdict⁹ ꝛ noie ab ipo pu eritie sue tẽ pore: coꝛ gerens senile eta tẽ quippe moꝛib⁹ trãsiẽs nulli aiũ voluptati dedit Sed dũ in hac terra ad huc eẽt quo tpaliter libe uti potuisset: despexit iaʒ quasi aridũ mũdũ cũ flo re. Qui libioꝛi genere ex

a





ꝓuincia nurſie exoꝛtus: rome liberalibus liſarũ ſtudijs traditus a parẽtibus fuerat. Sed cũ in eis multos ire per abꝛuta vitioruꝫ cerneret. eũ quem quaſi in ingreſſu mũdi poſuerat retraxit pedẽ. ne ſiqd de ſciẽtia eius attigeret. ipſe quoqꝫ poſtmodũ in immane pcipitium totus iret. Deſpectis itaqꝫ litterarũ ſtudijs: relicta domo rebuſqꝫ patris ſoli deo placere deſiderãs ſancte cõuerſatio nis habitam queſiuit. Receſſit igit ſcienter neſcius z ſapienter indoctus. Huius ego z oia geſta non didici: ſed pauca que narro quattuoꝛ diſcipulis illi⁹ referẽtibus agnoui. cõſtantino. ſ. reuerẽdiſſimo valde viro. qui ei monaſterij in regimine ſucceſſit. Ualentiniano quoqꝫ. qui annis multis lateranẽſi monaſterio pꝛefuit. Simplicio. qui cõgregationẽ illius poſt eum terti⁹ rexit. Honoꝛato etiã qui nũc adhuc celle eius in qua pꝛius conuerſatus fuerat pꝛeeſt. Hic itaqꝫ cum iam relictis litterarũ ſtudijs petere deſerta decreuiſſet. nutrix. que hũc artius amabat ſola ſecuta eſt.

¶ Quẽadmodũ ꝯtẽptis litterarũ ſtudijs mundo renũciauit: ac de capiſterij in duas

confracti integra restauratiōe. Caplm.j.

Qūnqꝫ ad locuꝫ venissent qui effide dr multisqꝫ honestioribus viris charita te se illic detinētibus in beati petri ecclīa de morarent. ꝑdicta nutrix illi⁹ ad purgāduꝫ triticū a vicinis mulieribus ꝑstari sibi capisteriū petijt. Qđ sup mēsam incaute de relictū. casu accidēte fractū ē. sic vt in duas ptes inueniret diuisuꝫ. Qđ mox vt rediēs nutrix illius inuenit: vehemētissime flere cepit: qꝛ vas qđ ꝑstitum acceperat fractū videbat. Benedictus autē religiosus ꝛ pius puer cum nutricē suam flere ꝯspiceret eius dolori cōpassus: ablatis secum vtrisqꝫ fracti capisterij partibus. sese cū lachrymis in orōnē dedit. Qui ab orone surgens ita iuxta se vas sanuꝫ reperit. vt in eo fracture vestigia nulla videri potuissent. Mox autem nutricem blande consolatus: ei sanū capisterium reddidit qđ fractum tulerat. Que res in eodem loco a cūctis est agnita atqꝫ in tāta admiratione habita vt hoc ipsum capisterium eius loci incole in ecclesie ingressu suspēderent. quatenus ꝛ presentes ꝛ futuri oēs agnoscerēt bn̄dictus puer ꝯuersatio

nis gratiaȝ a quāta pfectione cepiſſet. Mō
ānis multis illic ante oculos omniū fuit ꝛ
vſqȝ ad hec lōgobardoꝝ tpa ſup fores ec
clefie pepēdit. Sȝ bn̄dictus plus appetēs
mala mūdi ppeti q̄ȝ laudes: p deo laborī-
bus fatigari q̄ȝ vite huius fauoribus extol-
li: nutricem ſuā occulte fugiens deſerti loci
ſucceſſum petijt: cuius ſublacus vocabulū
eſt: qui a romana vrbe q̄draginta fere mi
libus diſtās: frigidas atqȝ perſpicuas ema
nat aquas. Que illic videlicet aquarū abū
dantia in extenſo prius lacu colligit ad po-
ſtremum vo in amnem deriuat. Quo duȝ
fugiēs pgeret: monachus qdam romanus
noie huc eūtem repperit: ꝛ quo tenderet re-
quiſiuit. Cuius cum deſideriū cognouiſſet
ꝛ ſecretum tenuit: ꝛ adiutoriū impēdit: eiqȝ
ſancte conuerſationis habitum tradidit: ꝛ
inquantum licuit miniſtrauit. Uir auteȝ dei
ad eūdē locū pueniens: in arctiſſimo ſpecu
ſe tradidit: tribuſqȝ annis excepto romano
monacho hominib⁹ incognit⁹ māſit. Qui
videlicet romanus non longe in monaſte-
rio ſub adeodati pris regula degebat. Sed
pie eiuſdem patris ſui oculis furabatur ho

ras ꝛ quem sibi ad manducãduꝫ surripere poterat diebus certis bñdicto panem ferebat. Ad eũdem ꝟo specum a romani cella iter nõ erat: qꝛ excelsa desuper rupes eminebat: sed ex eadem rupe in lõgissimo fune religatum: romanus deponere paneꝫ ꝯsueuerat. In qua etiam resti paruum tintinabulum inseruit: vt ad sonũ tintinabuli. vir dei cognosceret quãdo romanus sibi panẽ preberet: queꝫ exiens acciperet. Sed antiquus hostis vnius charitati inuidẽs: alterius refectioni: cũ quadã die submitti paneꝫ ꝯspiceret: iactauit lapidẽ ꝛ tintinabulum fregit. Romanus tamẽ horis ꝯgruentibus ministrare nõ desijt. Cum vero iam oꝑs deus ꝛ manuꝫ vellet a labore quiescere ꝛ benedicti vitã in exẽplo hoibus demõstrare: vt posita suꝑ candelabrũ lucerna claresceret: quatenus oibus qui in domo dei sunt luceret: cuidam presbitero longius manẽti: qui refectionem sibi in pascali festiuitate parauerat: per visuꝫ dominus apparere dignatus est dicens. Tu tibi delitias preparas: ꝛ seruus meus illo in loco fame cruciatur. Qui ꝓtinꝰ surrexit: atqꝫ in ipsa solẽnitate pascali

cum alimẽtis que sibi parauerat: ad locū tetẽdit: ꝛ virum dei per abꝛuta mõtiū: per ꝯcaua valliū: per defossa terrarum quesiuit: eūq; latere in specu reperit. Cūq; orõne facta: ꝛ benedicẽtes dñm ꝯsedissent. post dulcia vite colloq̄a: is q aduenerat pñbyter dixit. Surge sumamus cibū. q2 hodie pascha est. Cui vir dñi respõdit dicẽs. Scio ꝙ pascha est: q2 videre te merui. Lõge quippe ab hominibus positus. q2 die eodẽ paschalis esset solẽnitas ignoꝛabat. Uenerabilis aūt pñbyter rursus asseruit dicẽs. Ueraciter hodie resurrectionis dominice paschalis dies est: abstinere tibi minime congruit: quia ꝛ ego ad hoc missus sū: vt dona omnipotentis dei pariter sumamus. Benedicentes igitur deū: sumpserunt cibū. Expleta itaq; refectione ꝛ colloquio: ad ecclesiam pꝛesbyter recessit. Eodem quoq; tempoꝛe: hunc in specu latitãtem etiā pastoꝛes inuenerūt. Quem dum vestitum pellibus inter frutecta cernerent: aliquam bestiam esse crediderūt. Sed cognoscẽtes dei seruū esse eoꝛum multi ad pietatis grãm a bestiali mẽte mutati sunt. Nomen itaq; eius per vicina loca

cūctis innotuit. Factūq; est: vt ex illo iam tēpore a multis frequētari cepisset. Qui cū ei cibos deferrēt corporis ab eius ore in suo pectore alimenta referebāt vite.

¶ Quēadmodū Aues Merula ei circa faciem infesta fuit volitās ex quo valida carnis postmodū tēptatio insecuta ē. Cap. ij.

Quadā vero die dum solus esset: temptator affuit. Nā nigra puaq; auis que vulgo merula vocatur circa eius faciem volitare cepit eiusq; vultui iportune insistere: ita vt capi manu posset: si hanc vir sanctus tenere voluisset. Sed signo crucis edito: recessit auis. Tanta autem tēptatio carnis aue eadem recedente secuta est: quātam vir sanctus nunquā fuerat expertus. Quandam nāq; feminā aliquando viderat: quam malignus spiritus ante mentis eius oculos reduxit: tantoq; igne serui dei animum in speciem illius accendit: vt se in eius pectore amoris flamma vix caperet: et iā pene deserere heremū voluptate vict⁹ deliberaret: cum subito superna gratia respectus: ad semetipsum reuersus est: atq; vrticarum et veprīū iuxta densa succrescere fru

cteta cõspiciens.exut⁹ indumẽto: nuduȝ se in illis spinarum aculeis:ꝛ vrticarũ incendijs pͥecit:ibiq; diu volutatus:toto ex eis corpore vulneratus exijt:ꝛ per cutis vulnera eduxit a corpore vulnus mẽtis: qꝛ voluptatem traxit in doloreȝ. Cũq; penaliter bene arderet foris:extingit qđ illicite ardebat intus. Uicit itaq; peccatũ qꝛ mutauit incendiuȝ. Ex quo videlicet tẽpore:sicut post'discipulis suis ipse perhibebat: ita in illo est tẽptatio voluptatis edomita. vt tale aliqd in se minime sentiret. Ceperunt postmodũ multi iam mundũ relinquere:atq; ad eius magisterium festinare:liber quippe a tẽptationis vitio iam iure factus est virtutũ magister. Unde ꝛ per moysen precipitur:vt leuite a vigintiqnq; annis ꝛ supra ministrare debeãt:ab anno vero quinquagesimo custodes vasorum fiant. ¶ Petrus.

IAm quidẽ prolati testimonij mihi aliquãtũ intellectus interlucet.sed tamen hoc plenius postulo exponi. ¶ Gregori⁹.

LIquet petre q̃ in iuuentute carnis tẽptatio ferueat:ab anno autem quinquagesimo calor corporis frigescat. Uasa

autem sacra: sunt fidelium mentes. Electi ergo cum adhuc in tẽptatione sunt: subesse eos ac seruire necesse est: ꝛ obsequijs laboribusq; fatigari. Cũ vero iam mentis etate tranquilla: calor recesserit tẽptationis: custodes vasorum sunt: quia doctores animarũ fiunt. ¶ Petrus.

FAteor placet qd dicis. Sz q2 plati testimonij clausa reserasti: qso vt d vitia viri dbeas ea q incohoata pcurrẽ.

¶ Quomodo monachorũ illic vicinorũ pulsatus precibus in eorũ abbatẽ est assumptus. Cap lm.iij. Gregorius.

REcedẽte igitur tẽtatione, vir dei quasi spinis exutis exculta terra de virtutũ segete feracius fructum dedit. Preconio itaq; eximie conuersationis celebre nomen eius habebatur. Non longe autem monasterium fuit: cuius cõgregationis pater defunctus est: oisq; ex illo congregatio ad eundem venerabilem benedictum venit: ꝛ magnis precibus vt eis preesse deberet petijt. Qui diu negando distulit: suos illorũq; fratrum mores conuenire non posse predixit: sz victus quãdoq; precibus assensuz dedit.

Cūq3 in eodem monasterio regularis vite custodiā teneret:nulliq3:vt prius:per actus illicitos in dexteraz leuāq3 partem deflectere a conuersationis itinere liceret: suscepti fratres insane seuientes, semetipsos prius accusare ceperūt. quia hunc sibi preesse poposcerant. Quorū scilicet tortitudo in normam eius rectitudinis offendebat. Cūq3 sibi sub eo cōpsicerent illicita non licere:& se dolerent assueta relinquere: durumq3 esset q in mente veteri cogebātur noua meditari:sicut prauis moribus semper grauis est vita bonorum:tractare de eius morte aliquid conati sunt. Qui inito consilio:venenum vino miscuerūt. Et cum vas vitreū: in quo ille pestifer potus habebatur:recūbenti patri ex more monasterij ad bñdicendum fuisset oblatuz: benedictus extēsa manu signum crucis edidit:& vas qd longius tenebatur:eodem signo rupit. Sicq3 cōfractum est: ac si in illo vase mortis pro cruce lapidē dedisset. Intellexit ptinus vir dei: q potuz mortis habuerat:qd portare non potuit signuz vite. Atq3 ilico surrexit:& vultu placido mente tranquilla cōuocatos fra

tres allocutus est dicēs. Misereatur vestri fratres oipotens deus: quare in me facere ista voluistis? Nungd non prius dixi quia vestris ac meis moribus nō cōueniret? Ite ⁊ iuxta mores vestros vobis prēm querite: quia me post hec minime habere potestis: Tunc ad locū dilecte solitudinis redijt: ⁊ solus in superni inspectactoris oculis habitauit secum. ¶ Petrus.

Minus patenter intelligo quidnā sit habitauit secum? ¶ Gregorius.

Si sciūs vir cōtra vnanimiter cōspirantes: sueqꝫ ꝯuersationi lōge dissiles coactos diu sustinere voluisset: fortasse sui vigoris vsum: ⁊ modum tranqllitatis excederet: atqꝫ a ꝯtēplationis lumine mentis sue oculū declinasset. dūqꝫ quotidie illoꝝ i correctione fatigatus: minus curaret sua: ⁊ se forsitā relinqueret: ⁊ illos nō inueniret. Nā quotiēs per cogitationis motū nimie extra nos ducimur: ⁊ nos sumus: ⁊ nobiscū nō sumus: qꝛ nosmetipsos minime vidētes: ꝑ alia vagamur. An illū secū fuisse dicimus qui in lōginquam regionē abijt: portionē quā accepat ꝯsūpsit: vni in ea ciuiū adhe-

fit porcos pauit: quos & manducare siliq̃s videret & esuriet? Qui tamen cum postmodum cepit cogitare bona que perdidit scriptum de illo est: in se reuersus dixit: quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Si igitur secum fuit: vnde ad se rediit? Hunc ergo venerabilem virum secum habitasse dixerim quia sua semper custodia circunspectus ante oculos conditoris se semper aspiciens: se semper examinans, extra mentis sue oculum non diuulgauit. ¶ Petrus.

Quid ergo q̃ď petro apostolo scriptũ est duz de carcere ab angelo eductus fuisset quia ad se reuersus dixit. Nunc scio vere quia misit dñs angelum suũ: & eripuit me de manu herodis & de omni expectatione plebis iudeorum? ¶ Gregorius.

Duobus modis petre extra nos ducimur: q2 aut per cogitationis lapsuz sub nosmetipsos recedimus: aut per contemplationis grãz sup nosmetipsos leuamur. Ille itaq3 qui porcos pauit vagatione mentis & immunditie: sub semetipsum cecidit. iste v° quẽ angelus soluit: eiusq3 mẽtem in

extasi rapuit: extra se equidez: sed super se-
metipsuz fuit. Uterqz ergo ad se redijt: quā
do z ille ab errore operis se collegit ad cor.
z iste a cōtēplatiōis culmine ad hoc redijt:
qp in intellectu cōmuni vt prius fuit. Vene-
rabilis igitur benedictus in illa solitudie ha
bitauit secuz: inquātū se intra cogitationis
claustra custodiuit. Naz quotiēscūqz hunc
cōtēplationis ardor in altuz rapuit se pro
culdubio sub se reliquit. ¶ Petrus.

PLacet quod dicis: sed queso respōde-
as si deserere fratres debuit: quos se
mel suscepit? ¶ Gregorius.

VT ego petre estimo: ibi adunati equa-
nimiter portādi sunt mali. vbi inueni-
untur aliqui qui adiuuent boni. Nam vbi
oīmodo fructus de bonis deest. fit aliquan
do de malis labor superuacuus. maxime si
e vicino cause suppetāt: que fructū deo vale
ant ferre meliorē. Vir itaqz scīs ꝓpter quē
custodiēdū staret: qui oēs vnanimiter perse
quētes cerneret? Et sepe agit in aio pfecto-
rū: qđ silētio pterēūdum nō est qz cū labo-
rē suū sine fructu esse ꝯsiderāt: in locū aliuz
ad laborem cuz fructu migrāt. Vñ ille qqz

egregius p̄dicator:qui dissolui cupit ꝛ cuȝ christo eē,cui viuere christus est ꝛ mori lucrum.qui certamina passionum non soluȝ ipse appetit:sed ad tolerãda hec alios etiaȝ accendit damasci p̄secutionē passus:vt potuisset euadere.murū.funeȝ sportãq; quesiuit:seq; latenter deponi voluit. Nunquid nã paulū mortē dicimus timuisse: quaȝ se ipse pro iesu amore testatur appetere? Sed cum in eodē loco minoreȝ sibi fructum adesse ꝯspiceret ꝛ grauem laborem:ad laborē se alibi cum fructu seruiuit. Fortis etenim preliator dei teneri itra claustra noluit certaminis:cãpum quesiuit. Uade idē quoq; venerabilis benedictus si libenter audis: citius agnoscis:quia quot viuos ipse indociles deseruit:tot in locis alijs ab aīe morte suscitauit. ¶ Petrus.

I Ta esse vt doces ꝛ manifesta ratio:ꝛ p̄latum cõgruumq; testimonium declarat. Sed queso: vt de vita tanti patris ad narrationis ordinem redeas.

¶ Quēadmodū construxit sanctus Benedictus duodecim cenobia:ꝛ de susceptione mauri:ꝛ placidi puerorum illustrium.

Capitulum.iiij. ¶ Gregorius.

CUm sanctus vir diu in eadem solitu-
dine virtutibus signisq; succresceret:
multi ab eo in eodem loco:ad omnipoten
tis dei sunt servitium congregati. ita vt il-
lic duodecim monasteria cum omnipoten
tis iesu christi domini opitulatione cōstrue
ret:in quibus statutis patribus duodenos
monachos deputavit. paucos vero secū re
tinuit:quos adhuc in sua presentia aptius
erudiri iudicavit. Ceperunt etiam tunc ad
eum romane vrbis nobiles,z religiosi con-
currere. suosq; ei filios omnipotenti domi-
no nutriēdos dare. Tunc quoq; bone spei
suas soboles Euthitius maurum. Tertul
lus vº patricius placidū tradidit. Ex qbꝰ
maurus iunior. cū bonis polleret moribꝰ.
magistri adiutor cepit existere: placidus vº
puerilis adhuc indolis annos gerebat.

¶ De mōacho ab orōne seducto cū nullo pacto posset orarē. vīga a sctō Bñdicto ꝑcusso sanata est illa ꝑuagatio mala. Ca.v.

IN vno autem ex eis monasterijs que
circūquaq; construxerat: quidam mo-
nachus erat quid ad orōnem stare nō pote

rat. Sed mox vt fratres se ad orationis stu-
dium inclinarēt ipse egrediebatur foras. ꝛ
mente vaga terrena aliqua ꝛ trāsitoria age-
bat: cūq; ab abbate suo sepiꝰ fuisset admo-
nitus: ad viruȝ dei deductus est. Qui ipse
quoq; eius stultitiam vehementer increpa
uit: ꝛ ad monasterium reuersus. vix. duo-
bus diebus viri dei admonitionem tenuit.
Nam die tertio ad vsum propriū reuersus
vagari tēpore orationis cepit. Quod cum
seruo dei ab eodem monasterij patre que
ꝯstituerat nūciatū fuisset. dixit ego venio: eū
q; per memetipsum emēdo. Cūq; vir dei
venisset in eodem monastrio: ꝛ cōstituta ho
ra: expleta psalmodia: sese fratres in oratio
nem dedissent. aspexit quia eundem mo-
nachū qui manere in oratione non poterat
quidam niger puerulus per vestimenti fim
briam foras trahebat. Tunc eidē patri mo
nasterij pōpeiano nomine: ꝛ mauro dei fa-
mulo secrete dixit. Nunquid non aspici
tis quis est qui istum monachuȝ foras tra-
hit? Qui respondentes dixerunt non. Qui
bus ait. Oremus vt ꝛ vos etiā videatis quē
iste monachꝰ sequitur. Cūq; per biduum
esset

esset oratū maurus monachus vidit: pōpe
ianus autē eiusdē monasterij pater videre
nō potuit. Die igitur alia expleta orone vir
dei oratoriū egressus: stantē monachum fo
ras repperit quē pro cecitate cordis sui vir
ga percussit. Qui ex illo die nihil persuasio
nis vlteri⁹ a nigro puerulo pertulit. sed ad
orationis studiū immobilis permāsit. Sic
q̃ antiqu⁹ hostis dn̄ari non ausus est in ei⁹
cogitatiōe: ac si ipse pcussus fuisset ex v̄bere.
¶ Quomodo ex mōtis rupe aquā eduxit
ad monachorum preces. Cap̄. vj.

Ex his autē monasterijs que in eodem
construxerat loco: tria sursum in rupi
bus montis erant: et valde erat fratribus la
boriosū semper ad lacū descēdere vt aquā
haurire debuissent. maxime quia lex deuexo
montis latere erat grande descēdētib⁹ in iti
nere periculum. Tunc collecti fratres ex eis
dem tribus monasterijs: ad dei famulum
benedictū venerunt dicentes. Laboriosum
nobis est ppter aquā quotidie ad lacū de
scendere: et idcirco necesse est ex eodem loco
mōasteria mutari. Quos blande ꝯsolatos
dimisit. et nocte eadem cum paruo puerulo

nomine placido cuius superius memoriā
feci:eiusdem montis ascendit rupem.ibiq3
diutius orauit.⁊ oratiōe completa tres pe
tras in loco eodē pro signo posuit.atq3 ad
suū3 cunctis illic nescientibus monasteriū
rediit.Cunq3 die alio ad eū pro necessitate
aque pdicti fratres venissent dixit. Jtē ⁊ ru
pem illa3 in qua tres super inuicem posi-
tas petras iueneritis i modico cauate.Va
let enim omnipotens deus etiam in illo mō
tis cacumine aqua3 producere.vt vobis la
borē tāti itineris dignetur auferre. Qui eū
tes rupe3 montis quā benedict⁹ predixerat
ia3 sudantem inuenerunt.Cunq3 in ea con
cauum locum fecissent.statī3 aqua repletus
est.Que tam sufficienter emanauit.vt nūc
vsq3 vberti3 defluat.atq3 ab illo montis ca
cumine vsq3 ad inferiora deriuctur.

¶ Quemadmodum ferramentum coloni
in aquam excussu3 ad propriu3 reuocauit
manubrium. Capi.vij.

Alio quoq3 tpe gothus. qdam paup
spiritu:ad ↄuersionē vēit.quē vir dn̄i
benedictus libentissime suscepit. Quada3
vero die. ei ferramentum dari iussit.quod

ad falcis similitudinem falcastruz vocatur: vt de loco quodaz vepres absciderет: quatenus illic fieri ortus deberet. Locus autem ipse quem mundanduz gothus susceperat super ipsam laci ripaz iacebat. Cumqꝫ gothus idem densitatem vepriuz toto virtutis annisu succideret. ferruz de manubrio prosiliens in lacū cecidit: vbi. s. tanta erat aquarum profunditas vt spes requirendi ferramenti nulla iam esset. Itaqꝫ ferro perdito. tremebūdus ad maurū monachū gothus cucurrit damnūz qđ fecerat nunciauit: ꝛ reatus sui egit penitentiā. Qđ maurus quoqꝫ monachus mox benedicto dei famulo curauit indicare. Uir igitur domini benedictus hec audiens: accessit ad locum. tulit de manu gothi manubriuz. ꝛ misit in lacū: ꝛ mox ferrū de profundo rediit: atqꝫ in manubrio intrauit. Qui statim ferramentū gotho reddidit dicens: ecce labora ꝛ noli contristari.

¶ Quonam pacto maurus iussu sancti benedicti super vndas perrexit atqꝫ placiduz eduxit ex aquis. Capi. vij.

Quadam vero die dum idem venerabilis benedictus in cella consisteret

predictus placidus puer sancti viri monachus: ad hauriendũ aquã de lacu egressus est. Qui vas qđ tenebat in aquã icaute submittẽs. ipse quoq3 cadẽdo secutus est. Quẽ mox vnda rapuit: ⁊ pene in vniꝰ sagitte' cursum a terra introrsus traxit. Vir autem dei intra cellã3 positus hoc protinus agnouit: ⁊ maurum festine vocauit dicẽs. Frater mauri recurre: qꝛ puer ille qui ad hauriẽdã aquã perrexerat in lacum cecidit. iamq3 eum longius vnda traxit. Res mira ⁊ post petrum apostolum inusitata. Benedictione ⁊ enim postulata atq3 percepta. ad patris sui imperiũ concitus perrexit maurus. atq3 vsq3 ad eũ locu3 quo ab vnda ducebatur puer; per terra3 se ire existimãs super aquas cucurit. eumq3 ꝑ capillos tenuit rapidoq3 cursu redijt. Qui mox vt terram tetigit. ad se reuersus post terga respexit: ⁊ quia super aquas cucurisset expauit. Et qđ ꝓsumere nõ potuisset vt fieret: miratus extremuit factũ. Reuersus ad patrem rem gestam retulit. Vir autem venerabilis benedictus hoc non suis meritis sed obedientie illius deputare cepit At contra maurus pro solo eius imperio

factum dicebat. Seq3 conscium illa virtute non esse. quā nesciēs fecisset. Sed in hac humilitatis mutue amica contentione accessit arbiter puer: qui ereptus est. Nam dicebat. Ego cum ex aqua traherer. super caput meum abbatis melotem videbaz. atq3 ipsum me ex aquis educere considerabam.

¶ Petrus.

Magna sunt valde que narras ꝛ multorum edificationi profutura. Ego autē beati viri miracula quo plus bibo plus sitio.

¶ De florētij p̄sbyteri subito casu ꝛ morte. Ca.ix.

Gregorius. Cum iam loca eadē in amore dn̄i iesu christi longe lateq3 feruescerent ac secularem viaz multi relinquerent: ꝛ sub leui redemptoris iugo ceruicez cordis edomarent. sicut mos prauoꝝ est inuidere alterius virtutis bono qd̄ ipsi habere non appetunt: vicine ecclesie presbyter florentius nomine huius nostri subdiaconi florentij auus: antiqui hostis malitia percussus sancti viri studijs cepit emulari eiꝰ: quoq3 conuersationi derogare. quosq3 etiaz posset ab illius cōuersatione cōpescere. Cumq3 se iam cōspiceret eius profectibus obuiare

non posse. ꝛ cõuersationis illius opinionē
crescere. atq̄ multos ad statum vite melio-
ris. ipso quoq̄ opinionis eius preconio ide
finenter vocari. inuidie facibus magis ma-
gisq̄ succensus deterior fiebat. Quia cõuer
sationis illius habere appetebat laudē. sꝫ
habere laudabilem vitã nolebat. Qui eius
dem inuidie tenebris cecatus: ad hoc vsq̄ ꝑ
ductus est. vt seruo oīpotentis dñi. infectuꝫ
veneno paneꝫ. quasi pro benedictione trans
mitteret. quē vir dei cum gratiaruꝫ actione
suscepit. sed eũ que pestis lateret in pane nõ
latuit. Ad horam vero refectionis illius. ex
vicina silua coruus venire cõsueuerat. ꝛ pa-
neꝫ de manu eius accipere. Qui cuꝫ more
solito venisset. panē quē ꝑ̄sbiter trãsmiserat
vir dei ante coruũ proiecit. eiq̄ precepit di-
cēs. In nomine iesu xp̄i dñi tolle hunc pa-
neꝫ ꝛ tali eũꝫ in loco proijce. vbi a nullo ho
mine possit inueniri. Tunc coruꝰ aperto ore
expansis alis circa eundeꝫ panē cepit discur
rere. atq̄ crucitare. ac si aperte diceret: obe-
dire se velle: ꝛ tñ iussa implere nõ posse. Cui
vir domini iterum: atq̄ iterũ precipiebat di
cēs. Leua leua securꝰ atq̄ ibi proijce vbi in

ueniri non possit. Quez diu demoratus qñ q̃ coru⁹ momordit leuauit ⁊ recessit. Post trium vero horarum spaciuz abiecto pane rediijt: ⁊ de manu homis dei annonã quã consueuerat accepit. Venerabilis autez p̃sbiter contra vitam suam inardescere sacerdotis animum videns illi magis q̃ sibi doluit. Sed predictus florentius: qr magistri corpus necare non potuit. se ad extinguendas discipulorū animas accendit: ita vt in orto celle cui benedictus inerat: ante eorum oculos nudas septez puellas mitteret: que coram eis sibi inuicem manus tenentes ⁊ diutius ludentes: illorum mentes ad peruersitatem libidinis inflammarent. Quod sentiens vir dei de cella: lapsum adhuc conspiciẽs: tenerioríb⁹ discipulis pertimescẽs: idq̃ pro sua solum fieri p̃secutiõe p̃tractãs. inuidie locũ dedit: atq̃ oratoria cuncta que cõstruxerat. substitutis prepositis adiunctis fratrib⁹ ordinauit. ⁊ paucis secũ monachis ablatis habitationem mutauit. Moxq̃ vt vir dei eius odia humiliter declinauit: hunc op̃s de⁹ terribiliter p̃cussit. Nã cũ predict⁹ p̃sbyter stãs in solario bñdictũ discedisse co

gnosceret et exultaret perdurante immobili
ter tota dom⁹ fabrica.hoc ipsum in quo sta
bat solarium cecidit.ꝛ bñdicti hostem cōte-
rens extixit. Quod vir dei discipulus mau
rus noie.statim venerabili patri benedicto.
qui adhuc a loco eodem vix decē milibus
aberat,estimauit esse nūciandum dicens:re
uertere qꝛ presbyter q te persequebat extin-
ctus est. Quod vir dei benedictus audiens
sese in grauibus lamentis dedit. vel qꝛ ini-
mic⁹ occubuit.vel quia de inimici morte di
scipulus exultauit. Qua de re factū est vt
eidem quoqꝫ discipulo penitentiā īdiceret
quod audiens talia.gauderet de inimici in-
teritu presumpsisset. ¶ Petrus

Mira sunt ꝛ multum stupenda que di-
cis. Nam in aqua extra petrā produ
cta moysen. In ferro vero quod ex ꝓfundo
aque rediit.helyseum. In aque itinere.pe-
trum. In coruī obedientia.helyam. In lu-
ctu autē mortis inimici:dauid video .ꝛ per
pendo qꝛ vir iste spiritu iustorum omnium
plenus fuit. Gregorius.

Vir dei benedictus petre vnius spiritū
habuit.qui per cōcesse redemptionis gra[illegible]

am electorū corda omniū impleuit. de quo ioannes dicit. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et de quo rursus scriptum est. De plenitudine eius nos omnes accepim⁹. Nā sancti dei homines potuerūt a domino virtutes habere: non etiā alijs tradere. Ille autē signa virtutis dedit subditis qui se daturū signum Jone promisit inimicis: vt coraʒ superbis mori dignaretur. coraʒ humilibus resurgere quatenus ꝛ illi viderent. qđ contemnerent. ꝛ isti quod veneranter amare debuissent. Ex quo mysterio actum est. vt dū superbi despectum mortis. humiles cōtra mortē acciperēt gliaʒ potestatis. ¶ Petr⁹

QUeso te post hec ad que loca migrauit vir sanctus vel si aliquas i eis virtutes ostenderit innotesce.

¶ Quemadmodū accedēs in Cassinū mōtem: vniuersa illic idola confregit: Et ibidē erexit ecclesiam in honoreʒ. S. Martini: ac Sāctissimi Joānis baptiste. Ca. x. Grego.

SAnctus vir ad alia demigrās loca. nō hostem mutauit. Naʒ tanto post grauiora prelia pertulit. quanto contra se aper

te pugnātem ipsuȝ magr̄m malitie inuenit. Castrum nāqꝫ q̄ cassinuȝ dicitur.in excelsi montis latere positū est. Qui.vȝ.mons di stento sinu hoc ideȝ castrū recipit. sed p̄ tria miliaria in altū se erigēs. velut ad aera cacu men tendit: vbi vetustissimuȝ fanum fuit.in quo ex antiquorū more gentilium a stulto rusticoꝝ populo appollo colebatur. Circū quaqꝫ etiā in cultu demonuȝ luci succreue rāt.in quibus adhuc eodem t̄pe infidelium insana multitudo sacrificijs sacrilegis insu dabat. Ibi itaqꝫ vir dei p̄ueniens.contriuit ydolū.subuertit aram. succidit lucos atqꝫ ī ipso templo apollinis.oraculū b̄ti martini: vbi vero ara eiusdem apollinis fuit.oracu lūȝ sancti ioānis cōstruxit.Et commorāteȝ circumquaque multitudinem p̄dicatione continua ad fidem vocabat. Sed antiquus hostis hec tacite non ferens. non occulte vel p̄ somnium.sed ap̄ta visione eiusdeȝ patris se oculis īgerebat. ⁊ magnis clamoribus se vim perpeti conquerebatur.ita vt voces illi us etiā fratres audirent. quāuis imaginem minime cernerent. Ut eni discipulis suis ve nerabilis p̄i dicebat corporalibus ei⁹ oculis

idem antiquus hostis teterrimus & succensus apparebat. qui in eu ore oculisq flammantibus seuire videbat. Jam vo que diceret audiebant omnes. Prius eni vocabat huc ex noie. Cui cu vir dei minime respon deret ad eius mox cotumelias erumpebat. Nam eum clamabat dicens benedicte bndicte. & cu sibi nullo modo respondere conspiceret. protinus adiungebat. Maledicte non benedicte. quid mecum habes? quid me persequeris? Sed iam vero spectanda sunt contra dei famulu antiqui hostis noua certamina. cui pugnam quidem volens intulit. sed occasiones victorie ministrauit inuitus.

¶ Quomodo orando demonem lapidi insidente ne moueret: exturbauit. Ca. xj.

Quadam die dum fratres habitacula eiusdem celle construerent. lapis in medio iacebat quem in edificium leuare decreuerant. Cumque eum duo vel tres mouere non possent. plures adiuncti sunt. Sed ita immobilis mansit: ac si in terra radicitus teneretur: vt palam daretur intelligi, quod super eum ipse per se an-

ti quus hostis sederet quem tantorum viro rum manus mouere non possent. Difficul tate igitur facta. ad virum dei missū est. vt veniret: orando hostem repelleret. vt lapidē leuare potuissent. Qui mox venit. orationē faciens. benedictionē dedit: ꝛ tanta lapis ce leritate leuatus est. acsi prius nullum pon dus habuisset.

Qualiter visum est monachis eius coq nā totā igni ꝯflagrare arte sathane. Ca.xij.

Tunc in conspectu viri dei placuit. vt in eodem loco terram foderent. Quā dū fodiēdo altius penetrarent: ereū illic ydo lū fratres inuenerunt. Quod ad horā ca su in coquinam proiectum exire ignis repē ter visus est atq; in cunctorum monachoꝝ oculis quod omne eiusdē edificium consu meretur ostēdit. Cūq; iaciēdo aquā ꝛ ignē quasi extinguendo perstreperent. pulsatus eodem tumultu vir dn̄i aduenit. Qui eun dem ignem in oculis frīm esse. in suis vero non esse considerans: caput protinus in ora tionē flexit. ꝛ eos quos phātastico repperit igne deludi: vocauit fratres ad oculos suos vt ꝛ sanum illud coquine edificium assiste-

re cernerent ꝛ flammas quas antiquus, ho stis finxerat non viderent.

¶ Quéadmoduȝ Elisum iunioreȝ monachum sub muro; prostrato ex suscitauit, sanctus Benedictus. Capitulū. xiij.

Rursus dū fratres parietē, quia res ita exigebat: paulo altius edificarent. vir dei in orōnis studio. inter cellule sue claustra morabatur. Cum antiquus hostis isultans apparuit. ꝛ quia ad laborantes fratres pergeret idicauit. Quod vir dei per nunciū celerrime fratribus idicauit dicēs. Fratres vos caute agite. quia ad vos hac hora malignꝰ spūs venit. His qui mandatuȝ detulit. vix verba compleuerat. ꝛ malignꝰ spūs itꝰ eundē parietem qui edificabatur euertit. atq; vnū puerulum monachum. cuiusdam curialis filium opprimens ruina contriuit. Contristati omnes ac vehementer afflicti nō damno parietis: sed ꝯtritione fratris. Quod venerabili patri benedicto studuerunt celeriter cum luctu graui nunciare. Tunc isdem pater ad se dilaceratum puerum deferri iubet. Quē portare nō nisi in sago potuerūt quia collapsi saxa parietis eius nō solū mē-

bra sed ossa cõtriuerãt. Cũq3 vir dei pcepit statī in cella in strato quo orare psueuerat pijci: missisq3 foras fratribus: cellã clausit: qui orationi instantius q̃ solebat incubuit. Mira res eadẽ hora hũc incolumẽ. atq3 vt prius valentẽ ad eundẽ iterũ laborẽ misit: vt ipse quoq3 parietẽ cũ fratribus pficeret: de cuius se interitu antiquus hostis benedicto insultare credidisset. Cepit vero iter ista vir dei etiam prophetie spiritu pollere: ventura predicere: presentia nunciare.

¶ Prout imputauit monachis noscens vbi & quantũ comedissent extra monasteriũ sine eius licentia. Capi.xiiij.

Mos & enim celle fuit. vt quotiens ad responsum aliquod egrederentur fratres. cibum potũq3 extra cellam minime sumerent. Cumq3 hoc de vsu regule seruaret quadã die ad responsũ fratres egressi sunt: in quo tardior compulsi sunt hora demorari. Qui manere iuxta religiosam feminam nouerant: cuius ingressi habitaculum sumpserunt cibum. Cũq3 iam tardius ad cellã redissent benedictionem patris ex more petierunt. Quos ille protinus percuntatus est

dicens vbi comedistis? Qui responderunt dicentes nusquā. Quibus ille ait: quare ita mentimini? Nunquid illius femine habitaculum non intrastis? Nunquid hos atqꝫ illos cibos non accepistis? nūquid tot calices non bibistis? Cūqꝫ eis venerabilis pater: ꝛ hospicium mulieris ꝛ genera ciboꝛuꝫ ꝛ numerū potionum diceret. recognoscentes cuncta que egerant ad eius pedes tremefacti ceciderunt: se deliquisse confessi sunt. Ipse autem pꝛotinus culpaꝫ pepercit: perpendens ꝙ in eius absentia vltra non facerent: quem pꝛesentem sibi esse in spiritu scirent.

Quomodo leniter ꝛ modeste pꝛodidit fratri germano valentiniani monachi q ad se venerat de eo qꝛ a comite ter inuitatꝰ: iādem comedit in via. Ca. xv.

FRater quoqꝫ valētiniani eiꝰ monachi: cuiꝰ memoriā supiꝰ feci: vir erat laicꝰ sꝫ religiosus. Qui vt serui dei oꝛonē pciperet ꝛ germanū frēꝫ videret: ānis singulis loco suo ad cellā ieiunꝰ venire ꝯsueuerat. Quadā igiẗ die dū iter ad mōasteriuꝫ faceret: sese illi alter viatoꝛ adiunxit: q sumendos in itinere poꝛtabat cibos. Cumqꝫ


iam hoꝛa tardioꝛ excreuisset dixit. Ueni fra
ter sumamus cibũ:ne lassemur in via. Cui
ille respondit. Absit frater non facio. quia
ad venerabilem patrem benedictum ieiu
nus semper venire consueui. Quo respon
so percepto :ad hoꝛam conuiatoꝛ conticuit.
Sed post hec cum aliquantulum itineris
spaciũ egissent. rursus admonuit vt mãdu
carent. Consentire noluit. qui ieiunus per
uenire decreuerat. Tacuit qui ad manducã
dum inuitauerat. ꝛ cum eo ieiunus adhuc
pergere modicũ consensit. Cũq; ꝛ iter lon
gius agerent: ꝛ eos tardioꝛ hoꝛa fatigaret
ambulãtes inuenerũt in itinere pꝛatũ ꝛ fon
tez: ꝛ queq; poterãt ad reficiendum coꝛpus
delectabilia videri. Tunc conuiatoꝛ ait. Ec
ce aqua ecce pꝛatum. ecce amenus locus in
quo possimus refici ꝛ parũ quiescere vt va
leamus iter nostruz postmodũ incolumes
explere. Cum igitur ꝛ verba auribus:ꝛ lo
ca oculis blandirentur hac tertia admoni
tione ꝑsuasus.consensit.ꝛ comedit. Uesper
tina vero hoꝛa peruenit ad cellam Pꝛesen
tatus autez venerabili patri benedicto sibi
oꝛationẽ petijt. Sed mox ei vir dei hoc qđ
nomine

in via egerat improperauit dicens. Quid est frater? malignus hostis: qui tibi perconuiatorem tuum locutus est: semel tibi persuadere non potuit: secundo nō potuit: ad tertium suasit: & te ad hoc qd voluit superauit. Tūc ille reatū sue infirme mētis agnoscens eius pedibus prouolutus: tanto magis cepit culpam deflere & erubescere: quāto se cognouit etiam absentem in benedicti patris oculis deliquisse. ¶ Petrus.

Ego scti viri pcordijs. helyseī spūz video inesse q abūti discipulo pñs fuit.

¶ Quomodo Rex Totila submisso vno ex suis iuuenculis cum ornamentis regijs voluit experiri si prophetice quid posset dicere. Caplm. xvj. ¶ Gregorius.

Oportet petre vt interim sileas: quatenus adhuc maiora cognoscas. Gothorum nāqz temporibus cum rex eor totila sanctum virum prophetie habere spiritum audisset: ad eius monasteriū pergens: paulo longius substitit: eiqz se venturum esse nunciauit. Cui dum protinus mandatum de monasterio fuisset vt veniret ipse sicut perfide mentis fuit, an vir domini pro-



phetie spiritum haberet explorare conatus est. Quidaz vero eius spatarius. rigo dicebatur cui calciamenta sua prebuit eūqꝫ induí regalib⁹ vestib⁹ fecit: quē quasi in persona sua pergere ad dei hominez precepit. In cuius obsequio tres q sibi preceteris adherere ↄsueuerant comites misit. Scilicet. Uult Ruderith ꝛ Blidi vt añ sui dei oculos. ipsuz esse regē totilam simulantes eius lateri obambularent. Cui quoqꝫ alia obsequia atqꝫ spatarios prebuit. vt taz ex eisdē obsequijs q̄z ex purpureis vestib⁹ rex esse putaretur. Cūqꝫ idem riggo decoratus vestibus obsequentium frequentia comitatus: monasterium fuisset ingressus: vir dei eminus sedebat. Quē venientē conspiciēs cū iā ab eo audiri potuissꝫ: clamauit dicēs. Pone fili. pone hoc quod portas. nō ē tuum qui riggo protinus in terrā cecidit ꝛ qꝛ tanto viro illudere presumpsisset expauit. Omnesqꝫ qui cū eo ad dei hominē veniebant terre consternati sunt. Surgentes aūt ad eū propinquare minime presumpserūt sed ad suum regem reuersi. nunciauerunt trepidi in quāta velocitate fuerūt dephēsi.

¶ Qualr Totila Rex Gottoꝝ supplex ⁊ maxima cum reuerentia ad sanctuꝫ bene dictum accessit visendum: Cap. xvij.

Tunc per se idem totila ad dei hominē accessit. queꝫ cuꝫ longe sedentē cerneret non ausus accedere, sese in terram dedit: Cui cum vir dei. bis terqꝫ diceret. surge sed ipse ante eum erigi de terra non auderet: benedictus iesu christi domini famulus per se metipsum accedere dignatus est ad regem prostratum. Queꝫ de terra leuauit: de suis actibus increpauit: atqꝫ in paucis sermonibus cuncta que erant illi ventura prenūciauit dicēs. Multa mala facis, multa mala fecisti. iam aliquando ab iniquitate cōpescere. Et quideꝫ romam ingressurus es. mare transiturus: noueꝫ annis regnabis decimo morieris. Quib⁹ auditis rex vehemēter territus, orone petita recessit. atqꝫ ex illo iam tpe minus crudelis fuit. Cuꝫ nō multuꝫ post romam adiit siciliam perrexit. anno autem regni decimo omnipotentis dei iudicio regnum cum vita perdidit.

¶ Quomodo pnosticatus ē de vrbe Roma in sese corruenda. Cap. xviij.

PReterea antistes canusine ecclesie ad eundem domini famulum venire consueuerat: quem vir dei pro vite sue merito valde diligebat. Is itaq3 dum cum illo de ingressu regis totile z romane vrbis perditione colloquium haberet dixit. Per hũc regem ciuitas ista destruetur: vt iam amplius non inhabitetur. Cui vir domini respondit. Roma a gentibus non exterminabitur: sed tempestatibus coruscis turbinibus ac terremotu fatigata marcescet in semetipsa. Cuius prophetie mysteria nobis iam facta sunt luce clariora: qui hac vrbe dissoluta menia: euersas dom⁹: destructas ecclesias turbine cernimus: eiusq3 edificia longo senio lassata. quia ruinis crebrescẽtibus prosternantur videmus. Quãuis hoc honoratus eius discipulus cui⁹ mihi reuelatione compertu3 est: nequaq3 ex ore eius audisse perhibet: sed quia hoc dixerit: dictũ sibi a fratribus fuisse testatur.

¶ Quemadmodum demonium a clerico effugauit. Capitulum. xix.

EOdem quoq3 tempore quidam aglanẽsis ecclesie clericus a demonio vexa

batur:qui a venerabili viro cōstantio eius-
dez ecclesie antistite:per multa fuerat mar-
tyruz loca transmissus vt sanari potuisset.
Sed sancti dei martyres noluerunt ei sani-
tatis bonum tribuere:vt quanta esset in be
nedicto gr̄a demonstraretur. Ductus itaqꝫ
est ad omnipotentis dei famulū benedictū.
Qui iesu christo domino preces fundens.
antiquuz hostez de obsesso homine ꝓtinus
expulit cui sanato precepit dicens. Uade ⁊
post hec carnez non comedas.ad sacrū vo
ordinem nunq̄ꝫ accedere presumas. Qua-
cūqꝫ autem die sacrum ordinem temerarie
presumpseris.statim iuri dyaboli iterū ma
cipaberis. Discessit igitur clericus sanus.
Sicut terrere solet animum pena recens:
ea que vir domini perceperat interim cu-
stodiuit. Cuz vero post annos multos om
nes priores illius de hac luce migrassent:⁊
minores suos sibimet superponi in sacris
ordinibus cerneret: verba viri dei quasi ex
lōgo tēpore oblitus:postposuit:atqꝫ ad sa
crum ordinē accessit. Quē mox is qui reli-
querat dyabolus tenuit.eūqꝫ vexare q̄usqꝫ
aīaz eius excuteret nō cessauit. ¶ Petrus.

ISte vir dei: diuinitatis vt video etiam secreta penetrauit qui perspexit hunc clericum idcirco dyabolo traditum:ne ad sacrū ordinē accedere auderet. ¶ Greg.

Quare diuinitatis secreta nō nosceret q diuinitatis precepta seruaret.cū scriptū sit.q adhēt dn̄o vn⁹ sp̄us ē? ¶ Petr⁹.

SI vnus spiritus fit cum domino: qui domino adheserit:quid est quod iterum egregius idem predicator dicit. Quis nouit sensum domini.aut quis consiliarius eius fuit? Ualde enim esse inconueniens videretur eius sensum cum quo vnus factus fuerit ignorare. Gregorius.

SAncti viri inquātum vnū cū dn̄o sunt sensum domini non ignorant. Nam idem quoqꝫ apostolus dicit. Quis eni scit hominū:que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita et que dei sunt:nemo cognouit nisi spirit⁹ dei. Qui vt se ostēderet nosce que dei sunt adiūxit. Nos aūt non spiritum huius mundi accepimus. sꝫ spiritum qui ex deo est. Hinc iterum dicit. Quod oculus nō vidit:nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit:que preparauit

deus diligentibus se. nobis autem reuela-
uit per spiritum suum. ¶ Petrus.
SI ergo eidē apostolo ea que. dei sunt
per dei spiritum fuerāt reuelata quo
modo super hoc quod ꝓposuit premisit di
cens. o altitudo diuitiarū sapientie dei q̄
incomprehensibilia sunt iudicia eius ⁊ in-
uestigabiles vie eius. Sed rursū mihi hec
dicenti alia suboritur questio. Nam dauid
propheta domino loquit̄ dicens: in labijs
meis ꝓnunciaui omnia iudicia oris tui. Et
cū minus sit nosce q̄ȝ etiā pronūciare quid
est q̄ paulus incomprehensibilia esse dei
iudicia asserit: dauid auteȝ hec se oia nō so
lū nosce sȝ ēt i labijs ꝓnūciasse testat̄? Gre.
AD vtraq̄ȝ hec tibi superius sub breui
tate respondi dicens: q̄ sancti viri in-
quantum cum deo vnum sunt: sensum dn̄i
non ignorant. Qui enim deuote dn̄m se
quūtur etiā deuotione cū deo sunt ⁊ adhuc
carnis corruptibilis pōdere grauati: cū deo
nō sūt. Occulta itaq̄ȝ dei iudicia iquātū cō
iūcti sūt sciūt. iquātū disiūcti sunt nesciunt.
Quia eni secreta ei⁹ adhuc pfecte nō pene
trant incōprehēsibilia ei⁹ iudicia eē testant̄.

Quia vero ei mente inherent:atqꝫ inherē do vel scripture eloquas vel occultis reuelationibus inquantum accipiūt agnoscūt hec ꝛ nouerunt ꝛ pronunciant. Judicia igitur que deus tacet nesciunt:ꝛ que deus loquitur sciunt. Unde ꝛ dauid propheta cuꝫ dixisset. In labijs meis ꝓnunciaui omnia iudicia:ꝓtinus addidit oris tui. Ac si aperte dicat. Illa ego iudicia ꝛ nosse ꝛ pronunciasse potui:que te dixisse cognoui. Naꝫ ea que ipse nō loqueris: nostris proculdubio cogitationibus abscondis. Concordat ergo prophetica apostolicaqꝫ sententia: quia ꝛ incōprehensibilia sunt dei iudicia:ꝛ tamē que de ore eius prolata fuerit humanis labijs pronunciantur. Quoniam sciri ab hominibus ꝛ prolata per deum possunt:ꝛ occulta non possunt. ¶ Petrus.

In obiectione mee questiuncule patuit cā rōnis. Sed queso te si qua sunt adhuc de hui⁹ virtutib⁹ subiūge. ¶ Gregor.

¶ Quomodo plāxit super monasterij sui destructione a barbaris. Capitulum.xx.

Vir quidam nobilis theoprobus noie eiusdem benedicti patris fuerat ad-

monitione conuersus: qui pro vite sue merito magnã apud eum familiaritatis grãz habebat. Hic cuz quadam die eius cellulã fuisset ingressus hunc amarissime flentem repperit. Cũq3 diu subsisteret eiusq3 lachrymas non finiri videret: nec tamen vt vir dei consueuerat orando plangeret sed merẽdo quenam causa tanti luctus existeret inquisiuit. Cui vir dei ilico respõdit. Omne hoc monasteriũ qd construxi: et cuncta que fratribus preparaui omnipotentis dei iudicio gentibus tradita sunt. Uix autem obtinere potui: vt mihi ex hoc loco anime cõcederẽtur. Cuius vocẽ theoprobus audiuit: nos autem cernimus qui destructum mõ a longobardorum gente eius monasterium scimus. Nocturno eniz tẽpore et quiescẽtib' fribus nuper illuc lõgobardi ingressi sunt. Qui diripientes oĩa nec vnum quidem hominem illic tenere potuerunt: sed impleuit oipotens deus qꝫ fideli famulo suo benedicto premiserat. vt si res gentibus traderet: animas custodiret. Qua in re pauli vicem video tenuisse bñdictũ: cuius duz nauis rerum oium ptulit iacturã: ipse in ꝯsolatione

vitaȝ oiuȝ qui eum comitabantur accipit.
Quomodo de vasculo vini occultato i via admonuit delatorē ne biberet. C. xxj.

Quodam quoqȝ tēpore exhilaratus nr̄ quē ipe ꝯuersuȝ nosti trāsmissus a dn̄o suo fuerat vt dei viro in monasterio vino plena duo lignea vascula q̄ vulgo flascones dicuntur deferret. Qui vnū detulit: alterum vero pergens in itinere abscōdit. Vir aūt domini: queȝ facta absentia latere nō poterant. vnum cum gratiaꝝ actione suscepit ꝛ discedentem pueruȝ monuit dicēs: Vide fili ne de illo flascone quē abscōdisti iam non bibas sed inclina illum caute: ꝛ inueniēs quid intus habet. Qui ꝯfusus valde a dei homine exiuit ꝛ reuersus volēs adhoc probare qđ audierat cum flasconeȝ inclinasset de eo protinus serpens egressus ē. Tunc predictus exhilaratus puer per hoc qđ in vino repperit expauit malū qđ fecit.
Prout admonuit suum monachū qui a sacris feminis mapulas acceperat ꝛ celauerat. Cap. xxij.

Non lōge aūt a monasterio vicus erat in quo non minima multitudo ho-

minum ad fidem dei ab idolorum cultu be
nedicti fuerat exhortatione conuersa. Ibi
quoq quedaz sanctimoniales femine erãt:
z crebro illic pro exhortandis animabus
fratres suos mittere benedictus dei famu-
lus curabat. Quadaz vero die misit ex mo
re sed is qui missus fuerat monachus post
admonitionez factam a sanctimonialibus
feminis rogatus mappulas accepit' sibiq
eas abscondit in sinu. Qui mox vt reuer-
sus est: eum vir dei vehementissima ama-
ritudine cepit increpare dicens. Quomo-
do ingressa iniquitas in sinum tuum est?
At ille obstupuit: z qd egisset oblitus. vñ
corripiebatur ignorabat. Cui ait. Nũquid
ego illic non presens eram: quando ab an
cillis dei mappulas accepisti tibiq eas i si
nu misisti? Qui mox eius vestigijs prouo-
lutus stulte se egisse penituit: z eas quas in
sinu absconderat mappulas proiecit.
¶ Quomodo cognouit animi elationem
monachi qui ante se lumen pretendebat.
Capitulum. xxiij.
Quadam quoq die dum venerabilis
pater vespertina iam hora corporis alimẽ

ta perciperet: eius monachus cuiusdaʒ defensoris filius fuerat. qui ei ante mensam lucernaʒ tenebat. Cūq; vir dei ederet: ipse autem cum lucerne ministerio astaret: cepit per superbie spiritum in mente sua tacite voluere: ꝛ per cogitationem dicere. Quis est hic cui ego manducanti assisto. lucernaʒ teneo. seruitiū impendo. qui suʒ ego vt isti seruiam? ad quem vir dei statim cōuersus vehemēter cepit increpare ꝛ dicere. Signa cor tuuʒ frater: quid est ꝙ loqueris? Signa cor tuum. Vocatisq; statim fratribus precepit ei lucernā de manibus tolli ipsuʒ ꝗ iussit a ministerio recedere: ꝛ sibi hora eadem quietū sedere. Qui requisitus a frībus qd habuerit in corde: per ordinē narrauit. quāto supbie spiritu intumuerat: ꝛ que cōtra viruʒ dei verba per cogitationē tacitus dicebat. Tūc liquido oibus patuit ꝙ venerabilē bn̄dictuʒ latere nihil posset. in cuius aure etiam cogitationis verba sonuissent.

¶ Quemadmoduʒ pre foribus monasterij ducēta modia farine comperta sunt miraculose prouenta. Cap'm. xxiij.

Alio quoq; tempore in eadem cam-

panie regione fama icubuerat magna: que
omnes alimentorum indigentia coangusta
bat. Jamq; in benedicti monasterio triticũ
deerat. Panes vero omnes pene consum-
pti sunt. vt non plusquam quinq; ad refe-
ctionis horaz fratribus inueniri potuissent.
Cunq; eos venerabilis pater contristatos
cerneret: eorum pusillanimitatem studuit
modesta icrepatione corrigere: & rursus ꝓ-
missione subleuare dicens. Quare de pa-
nis inopia vester animus cõtristatur? Ho-
Unde & dominus in euangelio ait: qui audit verba mea hec & facit ea similabo eũ viro sapienti: qui edificauit domum supra petram. Venerunt flumina: flauerunt venti & impegerunt in domum illam & non cecidit. quia fundata erat supra petraꝫ. Hec cõplens dominꝰ expectat quotidie his suis sãctis monitis factis nos respondere debere. Ideo nobis propter emendationẽ malorũ huius vite dies ad inducias relaxantur: dicente apostolo. An nescis quia patiẽtia dei ad penitentiam te adducit? Nam pius dominus dicit. Nolo mortem peccatoris sed vt magis cõuertatur & viuat. Cum ergo interrogassemus dominum fratres de habitatore tabernaculi eius audiuimus habitandi preceptum. Sed si compleamus habitatoris officium erimus heredes regni celorũ.

ERgo preparanda sunt corda nostra & corpora sancte preceptorum obedientie militatura. & quod minꝰ habet in nobis natura possibile rogemus dominuꝫ vt gratie sue iubeat nobis adiutorium ministrare. Et si fugientes gehenne penas ad vitam volumus peruenire perpetuã: dum adhuc

vacat ꝛ in hoc corpore sumus: ꝛ hec omnia per hanc lucis vitam vacat implere: curren dum ꝛ agenduꝫ est modo quod in perpetuum nobis expediat. Constituenda est ergo a nobis dominici scola seruitij. in qua institutione nihil asperum nihilq́ꝫ graue nos cōstituturos speramus. Sed ꝛ siquid paululum restrictius dicente equitatis ratione ꝓpter emendationē vitiorꝫ vel conseruationē caritatis processerit. nō ilico pauore perteritus refugias viaꝫ salutis: que non est nisi angusto initio incipiēda. Processu vero cōuersationis ꝛ fidei dilatato corde inenarrabili dilectionis dulcedīe curritur via mandatoꝝ dei. Ut ab ipsi⁹ nūq̄ꝫ magisterio discedētes i ei⁹ doctrīa vsq́ꝫ ad mortē i mōasterio ꝑseuerātes passiōib⁹ xp̄i ꝑ patiētia ꝑticipemus vt regni ei⁹ mereamur eē ꝯsortes. Amē.
¶ Incipit regula eiusdē. ¶ De generib⁹ vel vita monachoꝝ. Ca. j.



Onachorū quattuor genera eē manifestū est. Primū cenobitaꝝ: h̄ ē mōasteriale militans sub regula vel abbate Deide scd̄m gen⁹ ē anachori

tariū. i. heremitarū. Hoꝝ qui non conuersio
nis feruore nouitio sed mōasterij probatio
ne diuturna didicerunt cōtra diabolū mul
torum solatio iā docti pugnare. ꝛ bene in
structi fraterna ex acie ad singularē pugnā
heremi. securi iam sine consolatione alterius
sola manu vel brachio contra vitia carnis:
vel cogitationū deo auxiliante, pugnare suf
ficiunt. Tertium vero monachorum teterri
mum genus est sarabaitarum. qui nulla re
gula approbati: experientia magistra sicut
aurum fornacis. sed in plumbi natura mol
liti adhuc operibus seruantes seculo fidem
mentiri deo per tonsuram noscuntur. Qui
bini aut terni aut certe singuli sine pastore,
non dominicis sed suis inclusi ouilibus pro
lege eis est desideriorum voluptas. Cum
quicquid putauerint vel elegerint hoc di
cunt sanctum. ꝛ noluerint. hoc putant non
licere. Quartum vero genus est monacho
rum: quod nominatur gyrouagum: qui
tota vita sua per diuersas prouincias: ter
nis aut quaternis diebus per diuersorum
cellas hospitantur. Semper vagi ꝛ nunq̄
stabiles: ꝛ proprijs voluptatibus ꝛ gule il

lecebris seruientes: et per omnia deteriores sarabaitis. De quorum omnium horũ miserrima conuersatiõe melius est silere q̃ loqui. His ergo omissis ad cenobitarum fortissimum genus disponendum adiuuante domino veniamus.

¶ Qualis debeat esse abbas. Ca. ij.

Abbas qui preesse dignus est monasterio semper meminisse debet quod dicitur: et nomen maioris: factis iplere. Christi enim agere vices in monasterio creditur quãdo ipsius vocatur prenomine. Dicente apostolo. accepistis spiritũ adoptionis filiorũ. in quo clamamus abba pater. Ideoq abbas nihil extra preceptũ domini quod absit debet docere aut constituere aut iubere. Sed iussio eius vel doctrina fermentũ diuine iustitie in discipulorum mentibus conspergatur. Memor sit semper abbas quia doctrine sue vel discipulorum obedientie vtrarumq rerum in tremendo iudicio dei faciẽda erit discussio. Sciatq abbas culpe pastoris incumbere quicquid in ouibus paterfamilias vtilitatis minus potuerit inuenire. Tantum iterum liber erit si inquieto vel

inobedienti gregi pastoris fuerit omnis di-
ligentia attributa. z morbidis earum actib⁹
vniuersa fuerit cura exhibita: pastor earum
in iudicio domini absolutus. dicat cuȝ pro
pheta domino. Justitiam tuam non abscō
di in corde meo veritatem tuam z salutare
tuum dixi ipsi aūt contemnentes spreuerūt
me. Et tunc demum inobedientibus cure
sue ouibus pena sit eis preualēs ipsa mors.
Cum ergo aliquis suscipit nomen ab-
batis duplici debet doctrina suis pes-
se discipulis. idest omnia bona z sancta fa-
ctis ampliusꝗ̄ verbis ostendere. Ut capaci
bus discipulis mandata domini verbis ꝓ
ponat. Duris vero corde z simplicioꝛib⁹ fa
ctis diuina precepta demōstret. Omnia ve
ro que discipulis docuerit esse contraria in
suis factis indicet non agenda: ne alijs pre-
dicans ipse reprobus inueniatur. Ne quan
do illi dicat deus peccāti: quare tu enarras
iustitias meas: z assumis testamentum me-
um per os tuum? Tu vero odisti disciplinā
z proiecisti sermōes meos pro te. Et qui in fra
tris tui oculo festucam videbas in tuo tra-
bem nō vidisti. Non ab eo persona in mo

nasterio discernatur. Non vnus plus amet ꝙ alius. nisi quē in bonis actibus. aut obedientia inuenerit meliorem. Non preponatur ingenuus ex seruitio conuertenti nisi aliqua ratiōabilis cā existat. Quod si ita instìcia dictante abbati visū fuerit de cuiuslibet ordine id faciat: sin alias propria teneāt loca. Quia siue seru⁹ siue liber oēs in xp̄o vnū sumus: ꝛ sub vno dn̄o equalem seruitutis militiā biaulamus. Quia nō est apud deum personarū acceptio solummodo in hac parte apud ipsū discernimur. si meliores ab alijs in operib⁹ bonis ꝛ humiles inueniamur.

Ergo equalis sit omnibus ab eo caritas: vna prebeatur omnibus secundū merita disciplina. In doctrina namq; sua abbas apostolicā debet illā semper formaꝫ seruare in qua dicit. argue obsecra icrepa. i. miscens tēporibus tēpora terroribus blandimenta dirū magistri piū patris ostēdat affectū. i. indisciplinatos ꝛ inquietos debet durius arguere. Obedientes autem ꝛ mites ꝛ patientes vt in melius proficiant obsecrare. Negligentes autē ꝛ contemnentes vt in-

crēpet ⁊ corripiat ammonemus. Neq3 dissi
mulet peccata delinquentiu3: sed mox vt ce
perint oriri radicitus ea vt preualet ampu-
tet memor periculi hely sacerdotis de sylo.
Et honestiores quidem atq3 intelligibiles
animos prima vel secunda animonitiōe ver
bis corripiat. Improbos aute3 ⁊ duros ac
superbos vel inobediētes verber vel corpo
ris castigatione: in ipso initio peccati choer-
ceat. Sciēs scriptu3. stultus verbis non cor
rigitur. Et iterum: percute filium tuum vir-
ga: ⁊ liberabis animam eius a morte.
Meminisse debet semp abbas qđ ē me-
minisse qđ dicitur ⁊ scire quia cui plus cō-
mittitur plus ab eo exigitur. Sciatq3 q3 dif
ficilem ⁊ arduam rem suscepit regere ani-
mas ⁊ multorum seruire moribus. Et aliu3
quidem blandimentis. Aliu3 vero increpa
tionib9. Alium suasionib9 ⁊ secundu3 vni-
uscuiusq3 qualitatem vel intelligentiam. ita
se omnib9 cōformet ⁊ aptet: vt nō solū detri
menta gregis sibi commissi non patiat: ve-
rum etiam in augmentatione boni gregis
gaudeat. Ante omnia ne dissimulans aut
paruipendēs salutem animarū sibi cōmissa

rum plus gerat sollicitudinē de rebus trāsitorijs atq3 terrenis ⁊ caducis sed semper cogitet quia animas suscepit regendas. de quibus ⁊ rationem redditurus est. Et ne causetur de minori forte substātia meminerit scriptu3. Primum querite regnum dei ⁊ iustitia3 eius ⁊ hec omnia adijcientur vobis. Et iterum: nihil deest timentibus eu3. Sciatq3 quia qui suscipit animas regēdas preparet se ad rationē reddēdam. Et quantū sub cura sua fratrū se habere scierit numerū agnoscat pro certo quia in die iudicij ipsarū omnium animarum est redditurus dño rationē sine dubio addita ⁊ sue anime. Et ita timens semper futura3 discussione3 pastoris de creditis sibi ouibus, cum de alienis ratiocinijs cauet redditur de suis sollicitus. Et cū de admonitiōib⁹ suis emēdationē alijs subministrat: ipse efficit a vitijs emēdat⁹.

¶ De adhibēdis ad ꝯsiliu3 fratrib⁹. C. iij.

Quotiens aliqua precipua agēda sunt in monasterio. cōuocet abbas omnē ꝯgregationem: ⁊ dicat ipse vnde agitur. Et audiens consiliū fratrū tractet apud se prudēter ⁊ q̄d vtilius iudicauerit faciat. Ideo

autē omnes ad consilium vocari diximus: quia sepe iuniori dñs reuelat: qđ meli⁹ est. Sic autē dent fratres consilium cuȝ omni humilitatis subiectione vt non presumant procaciter defendere qđ eis visum fuerit. sed magis in abbatis pēdeat arbitrio. ⁊ qđ salubrius esse iudicauerit ei cūcti obediant. Sȝ sicut discipulis conuenit obedire magistro: ita ⁊ ipsum prouide ⁊ iuste ꝯdecet cūcta disponere. In omnibus igitur omnes magistram sequantur regulam. neq̧ ab ea temere declinetur a quoq̃ȝ. Nullus in monasterio proprij sequatur cordis voluntateȝ. Neq̧ presumat quisquā cū abbate suo proterue intus aut foris monasterium cōtendere. Quod si presumpserit regulari discipline subiaceat. Ipse tamen abbas cū timore dei ⁊ obseruatione regule omnia faciat. Sciēs se ꝑculdubio de oībus iudicijs suis equissimo iudici deo rationē redditurūȝ. Si qua vero minora agenda sunt in monasterij vtilitatibus senioꝝ tantum vtatur cōsilio. Sicut scriptum est. Omnia fac cum consilio ⁊ post factum non penitebis.

¶ Que sūt istrumēta bonoꝝ operū. C. iiij.

In primis dominū deum diligere ex toto corde tota anima tota virtute. Deinde proximum tanq̄ꝫ seipsuꝫ. Deinde non occidere. nō adulterare non facere furtum non concupiscere non falsuꝫ testimonium dicere. Honorare omnes homines ⁊ quod sibi fieri quis non vult alij ne faciat. Abnegare semetipsum sibi vt sequatur christum. Corpus castigare Delitias non amplecti. Jeiunium amare. Pauperes recreare. Nuduꝫ vestire. infirmum visitare. mortuuꝫ sepelire. In tribulatione subuenire Dolentem consolari. A seculi actibus se facere alienū. Nihil amori christi preponere. Iram non perficere. Iracūdie tempus nō reseruare.. Dolum i corde nō tenere. Pacem. falsam nō dare. Caritateꝫ non derelinquere. Nō iurare omnino ne forte periuret. veritateꝫ ex corde ⁊ ore proferre. Malū pro malo non reddere. Iniuriam non facere: sed ⁊ factam patienter sufferre. Inimicos diligere. Maledicentes se non remaledicere: sed magis benedicere. Persecutionem propter iustitiam sustinere. Nō esse superbuꝫ. Non vinolentum. Non multuꝫ edacem. Non somnolē

tum. Non pigrum non murmurosum. Nō detractorem. Spem suam deo cōmittere bonum aliquod in se cum viderit deo applicet non sibi. Malum vero semper a se factum sciat et sibi reputet. Diem iudicij timere gehennam expauescere. Vitam eternam omni cōcupiscentia spirituali desiderare. Mortem quotidie ante oculos suspectam habere. Actus vite sue oi hora custodire. In oi loco deū se respicere pro certo scire. Cogitationes malas cordi suo aduenientes mox ad xpm allidere et seniori spirituali patefacere.

Os suum a malo vel prauo eloquio custodire. Multum loqui non amare Verba vana aut risui apta nō loqui. Risū multum aut excussum non amare. Lectiones sanctas libenter audire. Oratiōi frequēter incumbere. Mala preterita cum lachrymis vel gemitu quotidie in oratōe deo cōfiteri. De ipsis malis de cetero emēdare. Desideria carnis non perficere. Voluntatem propriam odire. Preceptis abbatis in omnibus obedire etiam si ipse quod absit aliter agat. Memor illius dominici precepti. Que dicunt facite que autem faciunt facere

nolite. Non velle dici sanctuz anteq̃ʒ sit sed prius esse quo verius dicatur. Precepta dei factis quottidie adimplere. Castitatez amare. Nullum odire: Zelum ⁊ inuidiam non habere. Contentionem non amare. Elationez fugere: seniores venerari. Juniores diligere in xp̄i amore. Pro inimicis orare. Cū discordātibus ante solis occasuz in pacē redire. Et de dei misericordia nūq̃ʒ desperare. Ecce hec sunt instrumēta artis spiritualis. Que cū fuerint a nobis die noctuqʒ incessabiliter adimpleta: ⁊ in die iudicij recōsignata. illa merces nobis a domino recompensabitur. quā ipse pmisit. Quod oculus nō vidit nec auris audiuit. nec in cor hominis ascēdit q̃ ōparauit deus his q diligūt eū. officina vero vbi hec oīa diligēter opemur claustra sunt mōasterij ⁊ stabilitas i ɔgregatōe.

¶ De obedientia discipulorum. Ca. v.

PRimus humilitatis gradus est obedientia sine mora. Hec conuenit his qui nihil sibi christo carius existimant propter seruitium sanctuz quod professi sunt seu ppter metum gehenne vel gloriam vite eterne. mox vt aliquid impatum a maiore fuerit ac si

rit ac si diuinitus imperetur moraȝ pati ne
sciunt in faciēdo. De quibus dominus di
cit. Obauditu auris obediuit mihi. Et iteȝ
dicit doctorib⁹. Qui vos audit me audit.
Ergo hi tales relinquētes statiȝ q̄ sua sunt
ꝛ voluntatem propriam deserentes. mox
ex occupatis manibus ꝛ qđ agebant imper
fectum relinquētes vicino obedientie pede
iubētis vocem factis sequuntur. Et velut
vno momento p̄dicta magistri iussio ꝛ per
fecta discipuli opa, in velocitate timoris dei
ambe res communiter citius explicantur
quibus ad vitam eternam gradiendi amor
incumbit. Ideo angustam viaȝ arripiūt vn
de dominus dicit. Angusta via est que du
cit ad vitā vt non suo arbitrio viuētes vel
desiderijs suis ꝛ voluptatib⁹ obediētes. sȝ
ambulantes alieno iudicio ꝛ iperio i ceno
bijs degentes abbatē sibi preesse desiderāt
Sine dubio hi tales illam domini imitan-
tur sententiam qua dicit. Non veni facere
voluntatem meam sed eius qui misit me.
Sed hec ipsa obedientia tunc acceptabilis
erit deo ꝛ dulcis hominib⁹ si qđ iubet nō
trepide non tarde nō tepide aut cum mur-

mure vel cũ respõso nolẽtis efficiat. Quia obediẽtia q̄ maioꝛib⁹ p̄betur deo exhibet. Ipse.n.dixit. Qui vos audit me audit. Et cuꝫ bono animo a discipulis pꝛeberi opoꝛtet qꝛ hilaré datoꝛem diligit deus. Nã cuꝫ malo aio si obedit discipulus. ꝛ nõ solũ oꝛe verũ etiã in coꝛde simurmurauerit. ꝛ si impleat iussionem tamẽ acceptum iã non erit deo q coꝛ respicit murmurãtis. Et pꝛo tali facto nullam consequitur gratiã immo penam murmurantium incurrit si non cũ satisfactione emendauerit.

De taciturnitate. Cap. vj.

Faciam⁹ qđ ait ꝓpheta. Dixi custodiã vias meas: vt nõ deliquã i lingua mea. Posui oꝛi meo custodiã. Obmutui ꝛ humiliatus sum: ꝛ silui a bonis. Hic ostẽdit ꝓpheta si a bonis eloquijs iterdũ ꝑ taciturnitateꝫ debet taceri quãto magis a malis v̈bis ꝑ penã pcti dꝫ cessari. Ergo q̄uis de bonis ꝛ scis ꝛ edificationũ eloqjs: ꝑfectis discipulis ꝑ taciturnitatis grauitatẽ rara loquẽdi ꝯcedat licẽtia: quia scriptũ ẽ. In multilogo nõ effugies peccatũ. Et alibi. Moꝛs ꝛ vita i manib⁹ lingue.

Ná loq̃ ⁊ docere magr̃m cõdecet: tacere ⁊ audire discipulo ꝯuenit. Et ideo siqua reqrẽda sunt a priore cũ oĩ humilitate ⁊ subiectiõe: ⁊ reuerẽtia requirant: ne videat̃ plus loq̃ q̃ꝫ expedit. Scurrilitates vero vel verba ociosa ⁊ risuꝫ mouẽtia eterna clausura i oibus locis dãnamus: ⁊ ad tale eloquiuꝫ discipulum aperire os non permittimus.

¶ De humilitate. Cap. vij.

Clamat nobis scriptura diuina fratres dicens. Omnis qui se exaltat humiliabit: ⁊ qui se humiliat exaltabitur. Cum hec ergo dicit ostẽdit nobis omnem exaltationẽ genus esse superbie. Qd̃ se cauere ꝓpheta indicat dicens. Domine nõ est exaltatũ cor meũ. Neqꝫ elati sunt oculi mei. Neqꝫ ambulaui in magnis neqꝫ in mirabilibus super me. Sed quid? Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meaꝫ. Sicut ablactatus super matrem suam: ita retribues in animam meam. Unde fratres si summe humilitatis culmẽ volumus attingere: ⁊ ad exaltationẽ illam celestem ad quã p̃ presentis vite humilitatẽ ascẽdit̃ volumus velociter ꝑuenire actib⁹ nr̃is ascẽdentibus scala il

la erigenda est q̄ in somno iacob apparuit per quā et descendētes angeli & ascēdentes monstrabant. Nō aliud sine dubio descē-sus ille & ascensus a nobis intelligit: nisi ex altatione descendere: & humilitate ascēdere. Scala vero ipsa erecta nr̄a est vita i seculo que hūiliato corde a domino erigitur ad celū. Latera enim eiusdē scale dicimus nostrū esse corpus & animā in quibus diuersos gradus hūilitatis vel discipline vocatio diuina ascendendos inseruit.

¶ Gradus primus humilitatis.

PRimus itaq; gradus hūilitatis est si timorē dei sibi ante oculos semp ponēs obliuionē oīno fugiat. Et semp sit memor oīuz que precepit deus Et qualiter cō-tēnentes deū in gehennā pro peccatis incidūt & vitam eternā que timētibus deū preparata est animo suo semp reuoluat. Et custodiēs se omni hora a pctis & vicijs.i. cogitationū lingue oculorum manuū peduz vel volūtatis proprie sed & desideria carnis amputare festinet. Estimet se homo d̄ celis a deo semper respici oī hora & facta sua in oī loco ab aspectu diuinitatis videri & ab

angelis omni hora deo nũciari. Demõstrat nobis hoc propheta. Cuȝ in cogitationib' nostris ita deũ semper presentem ostendit dicẽs. Scrutans corda ꝛ renes deus. Et itẽ. Dñs nouit cogitationes hominũ quoniaȝ vane sunt. Et itẽ dicit. Intellexisti cogitationes meas a longe. Et qꝛ cogitatio hominis confitebit tibi. Naȝ vt sollicitus sit circa cogitationes suas peruersas dicat semꝑ hũilis frater in corde suo. Tũc ero immaculatus corã eo si obseruauero me ab iniquitate mea. Voluntateȝ vero propriã ita facere ꝓhibemur cuȝ dicit scriptura nobis. ꝛ a voluntatibus tuis auertere. Et iteȝ. rogamus deũ i orõne vt fiat illius volũtas in nobis.

Docemur ergo merito nostrã nõ facere volũtatem cuȝ cauemus illud qđ dicit scriptura. Sunt vie que videntur hominibus recte quarũ finis vsqȝ ad profunduȝ inferni demergit. Et cum cauemus illud qđ de negligẽtibus dictum est. Corrupti sunt ꝛ abhoiabiles facti sunt i voluptatib' suis. In desiderijs vero carnis ita nobis deum credamus semꝑ esse presentẽ: cũ dicit ꝓpheta dño. Ante te omne desideriuȝ

meū. Cauendū ergo est ideo malum desiderium: q̄ mors secus introitū delectatiōis posita est. Unde scriptura p̄cipit dicēs. post ɔcupiscētias tuas nō eas. Ergo si oculi dn̄i speculant̄ bonos ⁊ malos: ⁊ dn̄s de celo semꝑ respicit suꝑ filios hoīuꝫ: vt videat si est itelligēs: aut req̄rens deū. Et ab angelis deputatis nobis q̄tidie die noctuqꝫ dn̄o factori nr̄o opa nr̄a nūciant̄. Cauendū est ergo oī hora fratres sicut dicit in psalmo ꝓpheta. Ne nos declinātes in malū: ⁊ inutiles factos aliqua hora aspiciat deus. Et parcēdo nob̄ in h̄ tp̄e: q̄ piꝰ ē: ⁊ expectat, nos ɔuerti i meliꝰ ne dicat nob̄ i futuro. hec fecisti ⁊ tacui.

Secundus humilitatis gradus est: si ꝓpriam q̄s non amās volūtateꝫ desideria sua non delectet̄ implere. Sed vocē illam domini imitet̄ dicentis. Non veni facere voluntateꝫ meam: sed eius qui me misit. Item dicit scriptura: Uoluntas habet penam: ⁊ necessitas parit coronam.

Tertius humilitatis gradus est: vt quis pro dei amore oī obedientia se subdat maiori imitans dominū. de quo dicit apostolus: factus obediens vsqꝫ ad mortem.

Quartus humilitatis gradus est. si in ipsa obedientia duris ꝛ ꝯtrarijs reb⁹ vel etiã qbuslibet irrogatis iniurijs tacita ꝯscia patientiam amplectat: ꝛ sustinẽs non lassescat vel discedat dicẽte scriptura: q pse uerauerit vsq3 in finẽ: hic saluus erit. Itẽ. confortet cor tuum: ꝛ sustine dñm. Et ostendens fidelem pro domino vniuersa ẽt ꝯtraria sustinere debere dicit ex psona sufferẽtiũ: pp te morte afficimur tota die estimati sum⁹ sicut oues occisionis. Et securi de spe retributionis diuine subsequunt gaudẽtes ꝛ dicentes: sed in his oibus superamus pp eũ qui dilexit nos. Et itẽ alio loco scriptura. Probasti nos inqt de⁹ igne nos examinasti sicut examinat argẽtũ. Induxisti nos i laqueũ posuisti tribulationes i dorso nr̃o. Et vt ostẽdat sub priore debere nos eẽ sub sequit dicẽs. Imposuisti hoies sup capita nostra. Sed ꝛ pceptũ dñi in aduersis: ꝛ i iniurijs p patientiã adiplẽtes. q pcussi in maxillã pbẽt ꝛ aliã: auferenti tunicã dimittũt ꝛ palliũ: Angariati mille passus vadunt ꝛ duo: ꝛ cũ paulo aplo falsos frẽs sustinẽt: ꝛ psecutiões sustinẽt: ꝛ maledicẽtes se bñdicũt.

QUintus humilitatis gradus ē si oēs cogitationes malas cordi suo aduenientes vel mala,a se abscōse cōmissa p hūilē cōfessionē abbati nō celauerit suo hortānos de hac re scriptura dicēs. Reuela dño viam tuā z spera in eo. Et item dicit. Cōfitemini dño qm̄ bonus qm̄ in seculū misericordia eius. Et itē propheta. Delictū meū cognitū tibi feci z iniustitias meas non operui. Dixi pronunciabo aduersum me iniustitias meas dño: z tu remisisti impietatem cordis mei.

SExtus humilitatis gradus est. si omni vilitate vel extremitate contentus sit monachus z ad omnia que sibi iniūgūtur velut operariū se malū iudicet z indignū. Dicens cum propheta. Ad nihilum redactus sum z nesciui vt iumentum factus sū apud te z ego semper tecum.

SEptimus humilitatis gradus ē si omnibus se inferiorem z viliorem non solum sua ligua pronunciet sed etiam intimo cordis credat affectu humilians se z dicēs cum propheta. Ego autem sum vermis z nō homo opprobriū hoium z abiectio ple

bis. Exaltatus sum et humiliatus et confusus. Et item Bonum mihi quod humiliasti me: vt discam mandata tua.

Octauus humilitatis gradus est: si nihil agat monachus, nisi quod communis monasterij regula vel maiorum cohortantur exempla.

Nonus humilitatis gradus est: si linguam ad loquendum prohibeat monachus: et taciturnitatem habens vsque ad interrogationem non loquatur. Monstrante scriptura quia in multiloquio non effugiet peccatum et quia vir linguosus non diriget super terram.

Decimus humilitatis gradus est si non sit facilis ac promptus in risu. Quia scriptum est. Stultus in risu exaltat vocem suam.

Undecimus humilitatis gradus est, si cum loquitur monachus leniter et sine risu. Humiliter cum grauitate. vel pauca verba et rationabilia loquatur: et non sit clamosus in voce sicut scriptum est. Sapiens verbis innotescit paucis.

Duodecimus humilitatis gradus est si non solum corde monachus sed etiam corpore humilitatem videntibus se semper in

dicet. i. in opere: i monasterio: i oratorio: i orto: in via: in agro vel vbicu͂q sedés ambulans vel stans iclinato sit semp capite. Defixis in terra͂ aspectib⁹ reu͂ se oi hora de peccatis suis existimás: iam se tremendo iudicio dei p̄sentari existimet. Dicens sibi semper illud quod publicanus ille eua͂gelicus fixis in terram oculis dixit. Domine nõ su͂ dign⁹ ego peccator leuare oculos meos ad celum. Et iterum cum propheta. Incuruatus sum: ⁊ humiliatus sum vsq quaq. Ergo his omnibus humiliatis gradib⁹ ascẽsis monach⁹ mox ad charitatẽ dei p̄ueniet illá que p̄fectá foras mittit timorẽ: per quá vniuersa que prius nõ sine formidine obseruabat: absq vllo labore vel vt na͂liter ex cõsuetudine incipiet custodire. Non ia͂ timore gehẽne: sed amore xp̄i ⁊ ꝯsuetudine ipsa bona: ⁊ delectatione virtutum que dn̄s iá in operariu͂ suu͂ mundu͂ a vitijs ⁊ peccatis spiritu sancto dignabitur demonstrare.

¶ De officijs diuinis i noctib⁹. Cap. viij.

Hyemis tp̄e: idest a Kalendis nouembris vsq ad pasca iuxta ꝯsideratione͂ rationis octaua hora noctis surgendu͂ est.

vt modice amplius de media nocte pauset & iaȝ digesti surgant. Qd vero restat post vigilias a fratrib⁹ q psalterij vel lectionū aliqd idigēt meditationi īseruiat. A pascha aūt vsqȝ ad supdictas Kalēdas nouēbris: sic tēperet hora vigiliaꝝ agēda: vt paruissimo interuallo quo fratres ad necessaria nature exeāt custodito mox matutini qui incipiente luce agendi sunt subsequantur.

¶ Quod psalmi dicēdi sunt in nocturnis horis. Capitulum. ix.

Hyemis tēpore premisso in primis versu. Deus in adiutorium meum intende: dñe ad adiuuandum me festina: in scdo ter dicendum est: dñe labia mea aperies: & os meum annunciabit laudē tuā. Cui subiūgēdus est tertius psalmus & gloria. Post hunc psalmus nonagesimus quartus: cuȝ añā aut certe decantandus. Inde sequatur ambrosianum. Deinde sex psalmi cuȝ antiphonis. Quibus dictis dicto versu: bñdicat abbas. Et sedētibus oibus in scānis legant vicisiȝ a fratrib⁹ in codice sup analogiū tres lectiones iter quas tria rñsoria cantantur: duo respōsoria sine gloria dicātur.

Post tertiā vero lectionez qui cantat dicat gloriā. Quaz dū incipit cantor dicere mox omnes de sedilibus surgāt ob honorē z reuerentiā sancte trinitatis. Codices autez legantur in vigilijs diuine auctoritatis tā veteris testamenti q̄z noui. Sz z expositiones eaꝝ que a nominatissimis z orthodosis catholicisq̄z patrib⁹ facte sunt. Post has vero tres lectiones cū responsorijs suis sequātur reliqui sex psalmi cū all'a canēdi. Post hos lectio apostoli sequat: ex corde recitāda z versus z supplicatio letanie. i. Kyriel: z sic finiantur vigilie nocturne.

Qualiter estatis tēpore nocturna laus agatur. Capitulum. x.

A Pasca aūt vsq̄z ad Kalendas nouēbris omnis vt supra dictū est psalmodie quātitas teneatur: excepto q̄ lectiones i codice propter breuitatem noctiuz minime legantur: sz pro ipsis tribus lectionib⁹ vna de veteri testamēto memoriter dicatur quā breue responsoriuz subsequatur. z reliqua omnia vt supra dictum est impleātur. i. vt nunquā minus a duodecim psalmoꝝ quātitate ad vigilias nocturnas dicatur exce-

pſis tertio ⁊ nonageſimoquarto pſalmo.

¶ Qualr dn̄icis dieb⁹ vigilie agāt. C.xi.

Dominico die tēperius ſurgat ad vigilias in qbus vigilijs teneatur mēſura.i.modulatio vt ſupra diſpoſuim⁹ ſex pſalmis ⁊ verſus reſidētibus cūctis diſpoſite ⁊ p ordinē in ſubſelijs legant in codice vt ſupra diximus q̄ttuor lectiones cū reſpōſorijs ſuis. vbi tantū in reſpōſorio quarto dicatur a cantāte.gloria. Quā dū icipit mox omnes cum reuerentia ſurgāt. Poſt quas lectiones ſequātur ex ordine alij ſex pſalmi cū antiphonis ſicut anteriores ⁊ v̾ſus.poſt quas iterū legantur alie quattuor lectiones cū reſpōſorijs ſuis ordine q̄ ſupra. Poſt quas iterū dicātur tria cātica de,prophetis que inſtituerit abbas:que cātica cū alleluia pſallantur. Dicto etiā verſu ⁊ benedicente abbate legantur alie quattuor lections de nouo teſtamēto ordine q̄ ſupra. Poſt q̄rtū vero reſponſoriū incipiat abbas hymnū Te deuꝫ laudam⁹. Quo dicto legat abbas lectionē de euangelio cū honore ⁊ tremore ſtantibus oibus. Qua perlecta,reſpondeāt omnes Amen Et ſubſequatur mox abbas

Psalmi. Te decet laus. Et data bñdictiõe incipiãt matutinos. Qui ordo vigiliarũ oĩ tẽpore tã estatis q̃ȝ hyemis eq̃liter in die dñico teneat: nisi forte (q̃ abſit) tardiꝰ ſurgat: q2 tũc aliqd de lectionibꝰ breuiãdũ eſt: aut rñſorijs: q̃ tñ oino caueat ne pueniat. Q̃d ſi ↄtigerit: digne ide ſatiſſaciat in oratorio: per cuius euenerit neglectum.

¶ Q̃uo matutinorũ ſolẽnitas agat. C. xij.

In matutinis dominico die in p̃mis dicatur ſexageſimuſſextꝰ p̃s ſine antiphona indirectuȝ. Poſt quẽ dicat quinquageſimꝰ pſalmus cũ alleluia. Poſt quẽ dicat centeſimus ſeptimus decimus: ⁊ ſexageſimus ſecũdus: deinde benedictiones ⁊ laudes. lectio de apocalipſi vna ex corde: ⁊ rñſoriũ: ⁊ ambroſianuȝ: ⁊ verſus: ⁊ canticum de euangelio letanie: ⁊ completum eſt.

¶ Q̃ualiter priuatis diebus matutini agãtur. Cap. xiij.

Diebus aũt priuatis matutinoruȝ ſolẽnitatis ita agat. Ideſt ſexageſimꝰ ſextus p̃s dicatur ſine añã: indirectum ſubtrahendo modice ſicut dñica: vt oẽs occurrant ad quinquageſimũ qui cũ añ. dicatur

Post quē alij duo psalmi dicantur ƀƺ cō suetudinē.i.secūda feria quītus ⁊ trigesim⁹ quītus. Tertia feria q̄dragesimus secūdus: ⁊ quinquagesimus sextus. Quarta feria sexagesimus tertius: ⁊ sexagesimus quartus. Quīta feria octuagesimus septimus ⁊ octuagesimus nonus. Sexta feria septuagesimus quītus ⁊ nonagesimus primus. Sabbato aūt cētesimus q̄dragesimus secūdus: ⁊ cāticū deutronomij: qđ diuidatꝛ in duas glorias. Nā ceteris dieb⁹ cāticuꝫ vnūquodq; die suo ex ꝓphetis sicut psallit ecclesia romana dicatꝛ. Post hec sequantꝛ laudes: dei de lectio vna apl̄i memoriter recitāda. Rn̄sorīū ambrosianū: v̄sus: cāticū de euāgelio letanie: ⁊ cōpletū est. Plane agēda matutina vel vespertina nō trāseat aliq̄n nisi in vltimo ꝑ ordinē oꝛo dn̄ica oibus audiētibus dicatur a priore propter scādaloꝝ spinas que oriri solent: vt cōuenti ꝑ ipsius oꝛonis sponsioneꝫ q̄ dicunt dimitte nobis debita nr̄a sicut ⁊ nos dimittimus debitorib⁹ nostris purgent se ab huiusmodi vitio. Ceteris vero agendis vltima pars eius orationis dicatur vt ab omnibus respondea-

tur: sed libera nos a malo:

¶ In natalitijs sanctorum qualiter vigilie agantur. Capitulum. xiiij.

IN sanctorum vero festiuitatibus vel omnibus solēnitatibus sicut diximus dominico die agēdum ita agatur. Excepto quod psalmi aut antiphone vel lectiōes ad ipsum diem pertinentes dicantur: modus autem supradictus teneatur.

¶ Alleluia quibus tēpibus dicat. Ca. xv.

A Sancto pasca vsque ad penthecosten sine interimissione dicatur alleluia: tam in psalmis quam in responsorijs. A pēthecoste antē vsque ad caput quadragesime oībus noctibus cū sex posterioribus psalmis tantum ad nocturnos dicatur. Omni vero dominica extra quadragesimam cantica matutini prima tertia sexta nonaque cum alleluia dicātur. vespera vero cum antiphonis. Respōsoria vero nunquam dicantur cum alleluia nisi a pasca vsque ad penthecostē.

¶ Qualiter diuina opera per diem agantur. Capitulum. xvj.

UT ait propheta septies in die laudē dixi tibi. Qui septenarius sacratus numerus

rus a nobis sic implebitur: si matutini pri-
me tertie, sexte none vesperi cópletorij qz tem
pore nostre servitutis officia persolvamus
quia de his horis dixit pp̄heta. Septies in
die laudem dixi tibi. Naz de nocturnis vi
gilijs idem ipse propheta ait. Media nocte
surgebam ad confitendum tibi. Ergo his
temporibus referamus laudes creatori no
stro super iudicia iustitie sue. i. matutinis p̄
ma tertia sexta nona vespera completorio:
z. Nocte surgamus ad confitendum ei.

¶ Quot psalmi per easdem horas dicēdi sunt. Capitulum. xvij.

Iam de nocturnis vel matutinis diges-
simus ordinē psalmodie nūc de sequentib⁹
horis videamus. Prima hora dicant psal
mi tres sigilatiz z non sub vna gloria. hym-
nus eiusdem hore post versuz. Deus in ad-
iutorium meuz intēde. Dn̄e ad adiuvanduz
me festina anteq̄z psalmi incipiantur. Post
expletionem vero trium psalmorum reci-
tetur lectio vna versus: z Kyriel. z misse sint:
Tertia vero sexta nona eodem ordine cele-
bretur. i. versus hymni earundem horaruz
Terni psalmi lectio z versus Kyreleison z

misse sint. Si maior congregatio fuerit, cum antiphonis: si vero minor in directo psallantur. Vespertina aũt sinaxis quattuor psalmis cũ antiphonis terminet. Post quos psalmos lectio recitanda est. Inde rñsoriuz ambrosianũ. vsus: canticũ de euãgelio letania z orõ dñica: z fiant misse. Cõpletoriuz aũt triũ psalmoruz dictione terminet. Qui psalmi directanei siñ antiphona dicẽdi sũt. Post quos hymn⁹ eiusdẽ hore: lectio vna: vsus Kyriel. z benedictio z misse fiant.

¶ Quo ordie ipi psalmi dicẽdi sũt. C. xviij.

In primis semp diurnis horis dicatur versus. Deus in adiutoriũ meũ intẽde. Dñe ad adiuuandũ me festina. z gloria. Inde hymnus vniuscuiusqz hore. Deinde prima hora dñica dicẽda q̃ttuor capitula psalmi cẽtesimi octaui decimi. Reliqs vero horis. i. tertia sexta z nona: terna capitula supradicti psalmi centesimi octauidecimi dicantur. Ad primã aũt secũde ferie. dicantur tres psalmi. i. primus secundus z sextus: et ita per singulos dies ad primã vsqz ad dominicã dicantur per ordinẽ terni psalmi vsqz ad nonũ decimũ psalmũ. Ita sane vt no

nus psalmus et septimus decimus partian tur in binas glorias: et sic fiat vt ad vigilias dñica semper a vigesimo icipiatur. Ad tertiam vero sextam et nonā secūde ferie nouez capitula que residua sunt de cētesimo octauo decimo psalmo: ipa terna capitula p easdē horas dicant. Expēso ergo psalmo cētesimo octauo decimo duob⁹ dieb⁹. i. dñico: et secūda feria. Tertia feria iā ad tertiaz sextaz vel nonaz psallant terni psalmi a cētesimo nono decimo vsqz ad cētesimū vigesimū septimū. i. psalmi nouē. Quiqz psalmi semp vsqz ad dñicā p easdez horas itidē repetantur. Hymnoꝝ nihilominus lectionum vel versuū dispositione vniformi cūctis diebus seruata: et ita. s. vt semper dominica a cētesimo octauo decimo incipiatur.

Vespera autez quottidie quattuor psalmoruz modulatione canat. Qui psalmi incipiant a cētesimo nono vsqz ad cētesimū quadragesimū septimū: exceptis his q diuersis horis ex eis sequestrant. i. a centesimo decimoseptimo vsqz ad centesimuz vigesimum septimum et centesimo trigesimo tertio: et cētesimo q̄dragesimo secūdo. Re-

liqui oes in vespera dicendi sunt. Et quia minus veniunt tres psalmi. ideo diuidendi sunt qui in numero supradicto fortiores inueniuntur. idest centesimus trigesimus octauus et centesimus quadragesimus tertius centesimus quadragesimus quartus. Centesimus vero sextus dicimus quia paruus est cum centesimo quinto decimo coniungatur. Digesto ergo ordine psalmorum vespertinorum. reliqua: idest lectiones rñsoria hymni versus vel cantica sicut supra taxauimus impleantur. Ad completorium vero quotidie idem psalmi repetantur. i. quartus nonagesimus et cētesimus trigesimus tertius.

Disposito ordie psalmodie diurne reliqui omnes psalmi qui sup sunt eq̄liter diuidantur in septem noctium vigilias partiēdo. s. qui inter eos prolixiores sunt psalmi. et duodecim per vnamquāq; constituantur noctem. Hoc precipue commouētes vt si cui forte hec distributio psalmorū displicuerit ordinet si melius aliter iudicauerit dum modo omnimodis id attēdatur: vt omni ebdomada psalterium ex integro numero centum quinquaginta psalmorum psal

latur. Et dñico die semper a capite repetat ad vigilias q2 nimis iners deuotionis sue seruitiũ oñdunt monachi qui minus psalterio cum canticis consuetudinarijs per septimane circulũ psallunt: cum legamus sanctos patres nostros vno die hoc strenue impleste: qḋ nos tepidi vtinam septimana integra persoluamus.

¶ De disciplina psallendi. Capi. xix.

Ubiq3 credimus diuinam esse presentia3: ꝛ oculos dñi in omni loco speculari bonos ꝛ malos. Maxime tamẽ hoc sine aliq̃ dubitatione credimus cu3 ad opus diuinũ assistimus. Ideo semper memores simus qḋ ait ꝑpheta. Seruite domino in timore: ꝛ iterũ. psallite sapiẽter. ꝛ. i ꝯspectu angeloꝝ psallam tibi. Ergo consideremus qualiter oporteat nos. i ꝯspectu diuinitatis ꝛ angelorum esse ꝛ sic stemus ad psallendu3 vt mẽs nostra concordet voci nostre.

¶ De reuerentia orationis. Cap. xx.

Si cu3 hoibus potẽtibus volumus aliqua suggerere. non ꝑsumimus nisi cũ humilitate ꝛ reuerẽtia quãto magis dño deo vniuersoꝝ cum oi humilitate ꝛ puritatis deuo

tione supplicādū est: ꝛ nō in multiloquio: sed in puritate cordis: ꝛ cōpunctione lachrimarum nos exaudiri sciamus. Et iō breuis dꝫ esse ꝛ pura oīo nisi forte ex affectu īspiratiōnis diuine grē ꝑtendatur. In ꝯuentu tñ oīno breuietur oratio. Et facto signo a priore omnes pariter surgant.

¶ De decanis monasterij. Cap. xxj

SI maior fuerit ꝯgregatio eligantur de ipsis frēs boni testimonij ꝛ scē ꝯuersationis: ꝛ ꝯstituant decani q̄ sollicitudinē gerāt sup decanias suas in oībus ſm mādata dei ꝑcepta abbatis sui. Qui decani tales eligantur in q̄bus securus abbas ꝑtiat onera sua. Et nō eligant̄ ꝑ ordinē: sed ſm vite meritū ꝛ sapientie doctrinā. Qō siquis ex eis aliq̄ forte iflatus superbia reptus fuerit reꝑhensibilis correptus semel: ꝛ iterum ꝛ tertio si emēdare noluerit deijciatur: ꝛ alter in loco eius qui dignus est subrogetur. Et de preposito eadem constituimus.

¶ Quō dormiant monachi. Cap. xxij.

SInguli ꝑ singulos lectos dormiant. Lectisternia ꝑ mō ꝯuersatiōis ſꝫ dispēsationē abbatis sui accipiant. Si pōt fie

ri oẽs in vno loco dormiant. Si autẽ multi
tudo non finit: deni aut viceni cum seniori-
bus suis q sup eos solliciti sint pausent. Cã
dela iugiter in eadem cella ardeat vsq3 ma-
ne. Vestiti dormiant & cincti cingulis aut fu
nibus & cultellos ad latus non habeant dũ
dormiunt ne forte per somnium vulneren-
tur dormientes: & vt parati sint monachi
semper: & facto signo absq3 mora surgentes
festinent inuicem se preuenire ad opus dei
cum omni tamen grauitate & modestia ado
lescentiores fratres iuxta se non habeant le-
ctos: sed permixti cum senioribus. Sur-
gentes vero ad opus dei inuicem se mode-
rate cohortentur propter somnolentorum
excusationes.

¶ De excõicatione capitularũ. Cap. xxiij.

SI quis frater cõtumax: aut inobediens: aut superbus: aut murmurans vel in aliquo contrarius existens sancte regule. & preceptis seniorum suorum cõtemptor rep tus fuerit hic sm domini nostri preceptum admoneatur semel: & secũdo secrete a senio- ribus suis. si non emendauerit obiurgetur publice coram omnibus: si vero neq3 si cor

rexerit si intelligit qualis pena sit excōmunicationi subiaceat. Si autez improbus est vindicte corporali subdatur.

¶ Qualis debeat eē modus excōmunicationis. Capitulum. xxiiij.

Secundū modum culpe excōicationis vel discipline dz extendi mensura. Qui culpaz mod⁹ in abbatis pendeat iudicio. Si quis tñ frater in leuiorib⁹ culpis inuenit tñ a mense participatiōe priuetur. Priuatus aūt a mense psortio ista erit ratio vt in oratorio psalmuz aut antiphonā nō iponat neqz lectionem recitet vsqz ad satisfactionez. Refectionem aūt cibi post fratrum refectionez solus accipiat mensura vel hora qua preuiderit abbas ei cōpetere vt si verbigratia fratres reficiunt sexta hora ille frater nona: si fratres nona: ille vespertina. vsqz dum satisfactione congrua veniam consequatur.

¶ De grauioribus culpis. Cap. xxv.

Is aūt frater qui grauioris culpe noxa tenet suspendat a mēsa simul z ab oratorio: nullus ei fratrū in vllo iungatur psortio neqz i colloquio sol⁹. sit ad opus sibi iūctum persistens in penitētie luctu, sciens il-

lam terribilem apostoli sententiam dicētis Traditū huiusmodi hoiē sathane in interitum carnis: vt spūs saluus fit in die dñi. Cibi aūt refectionem solus,pcipiat mensura vel hora q̄ puiderit ei abbas cōpetere,nec a quoq̄ bñdicat trāseūte nec cib⁹ q ei.dat.

¶ De his qui sine iussiōe abbatis iūgunt excōmunicatis. Cap.xxvj.

SI quis frater presumpserit sine iussione abbatis fratri excōicato quolibet modo se iungere aut loqui cū eo vel mandatū ei dirigere. similē sortiat excōicatiōis vīdictā.

¶ Qualiter,debeat abbas sollicitus esse circa excōicatos. Cap.xxvij.

OMni sollicitudine curā gerat abbas circa delinquētes,fratres qr non est opus sanis medicus sed male habentibus. Et ideo vti dz omni mō'vt sapiēs medicus imittere quasi occultos ɔsolatores senipetas.i.seniores sapientes fratres: qui quasi secrete ɔsolent frēm fluctuantem: ꝛ prouocēt eū ad humilitatis satisfactionē. Et ɔsolent eū ne habundātiori tristitia absorbeatur. Sed sicut ait apostolus confirmet in eo caritas ꝛ,oretur p'eo ab oibus. Magnopere eni dz sol-

licitudinē gerere abbas:ꝛ oī sagacitate ꝛ industria curare ne aliquā de ouibꝰ sibi creditis perdat. Nouerit eni se īfirmaꝝ curaȝ suscepisse aiaꝝ nō sup sanas tyrānidē. Et metuat ꝓphete cōminationē ꝑ quē dicit dn̄s qd̄ crassum videbatis assumebatis:ꝛ qd̄ debile eratꝰ ꝓjciebatis. Et pastoris boni pium imitetur exemplū q relictis nonagita nouē ouibus in mōtibꝰ abijt vnā ouē que errauerat q̄rere. Cuius infirmitati intm̄ cōpassus est: vt eaȝ in sacris humeris suis dignatur iponere:ꝛ sic reportare ad gregem.

¶ De his quiꝰ sepius correpti non emendauerint. Capitulum xxviij.

Si qs fraī frequēter correptꝰ pro q̄libet culpa. si ēt excōicatus nō emēdauerit. acrior ei accedat correptio.i. vt vberū vidicta i eū ꝑcedat. Qd̄ si nec ita correxerit. aut forte (qd̄ absit) ī supbiā elatꝰ ēt defendē voluerit opa sua:tunc abbas faciat qd̄ sapiēs medicus. Si exibuit fomenta. si vnguēta adortationū:si medicamia scripturaꝝ diuinaꝝ:si ad vltimū vstionē excōicatiōis vl' plagas virgarū. Et si viderit:nihil suaȝ preualere industriaȝ:adhibeat ēt qd̄ maius est suaȝ

z oĩum fratrũ ꝓ eo orõnẽ. vt dñs q oia põt operet salutẽ circa infirmũ fratrẽ. Quod si nec isto mõ sanatꝰ fuerit: tũc iã vtat abbas fero absciſiõis: vt ait apls. Auferte malũ ex vob. Et iterũ. Infidelis si discedit discedat: ne vna ouis morbida oẽm gregẽ ꝯtaminet.

¶ Si d. beãt recipi fratres exeuntes de monasterio. Capitulum. xxix.

Frater q ꝓprio vitio egrediiur: aut ꝓijcit de mõasterio si reuerti voluerit spõdeat priꝰ oẽz emẽdationẽ vitij ꝓ quo egressus est. z sic in vltimo gradu recipiat: vt ex hoc eiꝰ humilitas comprobetur. Qd si denuo exierit vsq₃ tertio ita recipiatur. Jaz vero postea sciat omnem sibi reuersionis aditum denegari.

¶ De pueris minori etate qualiter corripiantur. Capitulum. xxx.

Omnis etas vel intellectus proprias debet habere mensuras. Ideoq₃ quotiens pueri vel adolescentiores etate: aut q minus intelligere pñt quãta pena sit excõicationis. Hi tales dum delinquunt: aut ieiunijs nimijs affligantur. aut acris verberibus coherceantur: vt sanentur.

¶ Qualis debeat ee cellerari⁹ monasterij.

Cellerarius monasterij. Cap.xxxj: eligatur de congregatione sapiens: maturus moribus. sobrius: non multu3 edax: non elatus: nõ turbulentus: non iniuriosus: non tardus: non prodigus: sed timens deũ: qui omni cõgregationi sit sicut pater. Curã gerat de omnib⁹: sine iussiõe abbatis nihil faciat: que iubentur custodiat: fratres nõ cõtristet. Si quis aũt frater ab eo aliqua forte irrationabiliter postulat nõ, spernendo eũ contristet: sed rationabiliter cum humilitate male petenti: deneget,: animam suã custodiat:, memor semper illius apostolici precepti. quia qui bene ministrauerit: gradu3 bonum sibi acquirit. Infirmoꝝ: infantiũ: hospitũ: paupum q3 cũ omni sollicitudine cura3 gerat. Sciẽs sine dubio. q2 pro his omnibus in die iudicij rationẽ redditurus est.

Omnia vasa monasterij. cunctã q3 substantiã ac si altaris vasa sacrata cõspiciat. Nihil ducat negligendũ neq3 auaritie studeat: neq3 ꝓdigus sit aut extirpator substantie monasterij. Sed oia mensurate faciat ꝛ secundũ iussionẽ abbatis sui. Humili

tatē ante omnia habeat ⁊ cui substātia nō est que tribuatur: sermo responsiōis porrigatur bonus quia scriptū est. sermo bonꝰ super datū optimū. Oia que ei iūxerit ab bas ipse habeat sub cura sua: a quibus eū prohibuerit, nō presumat fratribus constitutā annonā sine aliquo typo vel mora offerat vt nō scandalizentur. Memor diuini eloquij quid mereatur qui scandalizauerit vnū de pusillis. Si ꝯgregatio maior fuerit solatia ei dētur a qbus adiutus ⁊ ipse equo animo ipleat officiū sibi cōmissū. Horis competentibus dentur que dāda sunt: ⁊ petantur que petenda sunt: vt nemo perturbetur neqꝫ contristetur in domo dei.

¶ De ferramentis monasterij. Ca. xxxij.

Substantie monasterij in ferramentis vel vestibus: seu quibuslibet rebus puideat abbas fratres de quoꝝ vita vl' moribus securus sit: ⁊ eis singula vt vtile iudicauerit consignet custodienda atqꝫ recolligenda. Ex quibus abbas breuem teneat vt dū sibi in ipsa assignata: fratres vicissim succedunt: sciat quid dat: aut quid recipit. Si qs aūt sordide aut negligenter res monasterij

tractauerit: corripiatur. Si non emendauerit: discipline subiaceat.

¶ Si quid debeant monachi propriū habere. Capitulum. xxxiij.

PRecipue hoc vitiuȝ radicitus amputetur de monasterio nequis presumat aliqd dare: aut accipere sine iussione abbatis: neqȝ aliqd habere propriū: nullaȝ oino rem neqȝ codicē: neqȝ tabulas: neqȝ grafiū: sed nihil oino: quippe quibus ne corpora sua: nec volūtates licet habere in ꝓpria potestate. Oia vero necessaria a patre monasterij sperare: neqȝ qcq̄ȝ liceat hr̄e qd̓ abbas nō dederit: aut ꝑmiserit. Oiaqȝ oibus sint cōia; vt scriptū est: nec qsq̄ȝ suum esse aliqd dicat vel ꝑsumat. Qd̓ si quisquaȝ huic nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari admoneatur semel: ⁊ iterum: si non emendauerit correptioni subiaceat.

¶ Si omnes equaliter debeant necessaria accipere. Capitulum. xxxiiij.

SIcut scriptū est diuidebatur singulis: ꝓut cuiqȝ opus erat. Ubi non dicimus vt personaruȝ: qd̓ absit: acceptio fit: sed infirmitatū ꝯsideratio. Ubi qui minus indiget:

agat deo gratias: ꝛ non ꝯtristetur. Qui vero plus indiget humilietur pro infirmitate ꝛ nō extollatur pro misericordia: ꝛ ita omnia membra erunt in pace. Ante omnia ne murmurationis malum pro qualicunqꝫ causa in aliquo qualicunqꝫ verbo: vel significatione appareat. Quod si deprehensus fuerit quis: districtioni discipline subdatur.

¶ De septimanarijs coquine. Cap. xxxv.

FRatres sic sibi inuicē seruiāt vt nullus excuset a coquine officio nisi aut egritudine: aut in cā grauis vtilitatis quis occupatus fuerit: quia ex inde maior merces acquiritur. Imbecilibus autem procurentur solacia: vt non cum tristitia hoc faciant: sed habeant omnes solatia ſm modum congregationis: aut positionē loci. Si maior congregatio fuerit: cellerarius excusetur a coquina: vel si qui vt diximus maioribus vtilitatibus occupantur. Ceteri vero sibi sub charitate inuicem seruiant. Egressurus de septimana: sabbato munditias faciat. Linteamina cuꝫ quibus sibi fratres manus ac pedes tergunt

lauet. Pedes vero taꝫ ipse quid egreditur quã ille qui intraturus est oibus lauet. Ua sa ministerij sui munda ⁊ sana cellerario re consignet qui cellerarius item intranti cõsignet: vt sciat quid dat aut quid recipit.

SEptimanarij aũt ante vnam horã refectionis accipiant sup statutam annonam singulos biberes ⁊ panẽ: vt hora refectionis sine murmuratione ⁊ graui labore seruiãt fratribus suis. In diebus tñ solẽnibus: vsq; ad missas sustineant. Intrantes autẽ ⁊ exeuntes hebdomadarij: in oratorio mox matutinis finitis dominica oiuꝫ genibus prouoluãtur postulantes pro se orari. Egrediens aũt de septimana dicat hũc versum. Benedictus es dñe deus: qui adiuuisti me: ⁊ ꝯsolatus es me. Quo dicto tertio accipiat benedictionẽ egrediens. Subsequatur ingrediẽs ⁊ dicat. Deus in adiutoriũ meum intende dñe ad adiuuanduꝫ me festina. Et hoc ideꝫ tertio repetatur ab omnibus. ⁊ accepta benedictione ingrediatur.

De infirmis fratribus. Cap. xxxvj.

INfirmorum cura ante omnia ⁊ super omnia adhibẽda est vt sicut re vera xpo

ita eius

fra eis seruiatur q: ipse dixit. Infirmus fui z visitastis me. Et qd fecistis vni de his minimis meis mihi fecistis. Sed z ipsi infirmi ꝯsiderent in honorē dei sibi seruiri z nō supfluitate sua ꝯtristet fratres suos seruientes sibi. Qui tñ patienter portandi sunt q: de talibus copiosior merces acquiritur. Ergo cura maxima sit abbati: ne aliquā negligentiam patiant. Quibus fratribus infirmis sit cella sup se ḋputata: z seruitor timēs deū: z diligēs ac sollicitus. Balneaꝝ vsus infirmis quotiēs expedit offeraṫ. Sanis āt z maxime iuuenibus tardius ꝯcedatur. Sz z carniū esus infirmis oinoq; debilib⁹ pro reparatione ꝯcedatur. At vbi meliorati fuerint: a carnibus more solito oēs abstineāt: curaz aūt maximā habeat abbas ne a cellerarijs aut seruitoribus negligātur infirmi: q: ad ipsum respicit quicquid a discipulis delinquitur.

¶ De senibus vel īfantibus. Cap. xxxvij.

Licet ipsa natura humana trahatur ad misericordiam in his etatibus. senum videlicet: z infantum: tamen z regule auctoritas eis prospiciat. Cōsideretur sem

per in eis imbecillitas: et nullatenus eis di-
strictio regule teneatur in alimentis: sed fit
in eis pia consideratio: et preueniant horas
canonicas.

¶ De hebdomadario lectore. Cap. xxxviij.

Mensis fratrum edentium lectio deesse
nō dbet nec fortitudo casu qui arripue
rit codicem legere audeat ibi: sed lecturus
tota hebdomada: dominica igrediat. Qui
ingrediens post missas et cōmunionem: pe-
tat ab oibus pro se orari: vt auertat ab eo
deus spiritum elationis. Et dicatur hic ver
sus in oratorio tertio ab oibus: ipso tamen
incipiēte: domine labia mea apies: et os me
um annunciabit laudem tuam. Et sic acce-
pta benedictione: ingrediatur ad legendum.
Summumqꝫ fiat silentium ad mensam: vt
nullius musitatio vel vox nisi solius legen-
tis ibi audiatur. Que vero necessaria sunt
comedentibus et bibentibus: sic sibi inui-
cem ministrent fratres: vt nullus indigeat
petere aliquid. Si quid tamē opus fuerit:
sonitu cuiuscūqꝫ signi potius petat: qꝫ vo-
ce. Nec presumat ibi aliquis de ipsa lectio-
ne: aut aliunde quicquam requirere ne de-

tur occasio:nisi forte prior pro edificatione voluerit aliquid breuiter dicere:. Frater autez hebdomadarius accipiat mixtuz prius q̄z incipiat legere:propter cōmunionez sanctam:z ne forte graue sit ei ieiuniuz sustinere. Postea autem cum coque hebdomadarijs:z seruitoribus reficiat. Fratres autem non per ordinem legant aut content:sz qui edificent audientes.

¶ De mensura ciborum. Cap. xxxix.

Sufficere credimus ad refectionez quotidianā tam sexte q̄z none oibus mensis cocta duo pulmentaria:pp diuersoꝝ infirmitates. Ut forte qui ex vno nō potuerit edere:ex alio reficiat. Ergo duo pulmentaria cocta frībus sufficiant. Et si fuerint inde poma aut nascentia leguminum:addatur z tertium. Panis libra vna pro pensa sufficiat in die siue vna sit refectio:siue prādij z cene. Quod si cenaturi sunt de eadez libra tertia pars a cellerario reseruet:reddenda cenaturis. Quod si labor forte factus fuerit maior in arbitrio z potestate abbatis erit:si expediat aliqd augere. Remota pre oibus crapula:vt nunquaz surripiat

monacho indigeries. Quia nihil sic contrarium est omni xpiano quo crapula. Sicut ait dominus noster. Uidete ne grauetur corda vestra i crapula: et ebrietate. Pueris vero minori etate non eadem seruetur quatitas: sed minor q̄ maioribus: seruata in omnibus parcitate. Carnium vero quadrupedum omnino ab omnibus abstineatur comestio: preter omnino debiles et egrotos.

¶ De mensura potus. Cap. xl.

Unusquisque proprium habet donū ex deo alius sic: alius vero sic. Et ideo cū aliq̄ scrupulositate a nobis mēsura victus aliorum constituitur: tamen infirmorum contuentes imbecillitatem credimus eminam vini per singulos sufficere per diem. Quibus autem donat deus tollerantiā abstinētie propriam se habituros mercedē sciant. Quod si aut loci necessitas: vel labor aut ardor estatis amplius poposcerit: in arbitrio prioris consistat. Cōsiderans in omnibus ne surrepat satietas aut ebrietas: licet legamus vinum omnino monachorum nō esse. Sed qr nostris tēporibus id monachis persuaderi non potest: saltem vel hoc cōsentia-

mus:vt non vsqȝ ad satietateȝ bibamus:sȝ parcius. Quia vinum apostatare facit etiā sapientes. Ubi autem necessitas loci exposcit:vt nec suprascripta mēsura iueniri possit:sed multo minus aut ex toto nihil bñedicant deum qui ibi habitāt ꝛ nō murmurēt. Hoc ante omnia admonētes:vt absqȝ murmurationibus sint.

¶ Quib⁹ horis oporteat reficere fratres. Capitulum. xlj.

A Sancto pasca vsqȝ ad penthecostē:ad sextam reficiant fratres:ꝛ ad seram cenent. A penthecoste autem tota estate:si labores agrorum nō habēt monachi aut nimietas estatis non perturbat quarta ꝛ sexta feria ieiunent. vsqȝ ad nonā. Reliquis vero diebus ad sextaȝ prandeant. Que prādij sexta si opera in agris habuerit:aut estatis feruor nimius fuerit continuanda erit:ꝛ in abbatis sit prouidētia. Et sic omnia tēperet:atqȝ disponat qualiter anime saluentur. Et quod faciunt fratres absqȝ vlla murmuratione faciāt. Ab Idibus autem septembris vsqȝ ad caput quadragesime. ad nonā semper reficiant fratres. In quadragesima ve

ro vsq ad pasca ad vesperaz reficiāt. Ipsa tamen vespera sic agatur vt lumine lucerne non indigeant reficiētes: sed luce adhuc diei omnia consumentur. Sz ꝛ omni tempore siue cene siue refectionis hora sic tēperetur: vt cum luce fiant omnia.

Ut post ꝯpletoriū nemo loquatur. C. xlij.

OMni tempore silentium debent studere monachi: maxime tamen nocturnis horis. Et ideo omni tempore siue ieiunij siue prandij: si tempus fuerit prandij: mox vt surrexerint a cena: sedeāt omnes in vnuz. ꝛ legat vnus collationes vel vitas patrum: aut certe aliquid quod edificet audientes. Non autem eptaticum aut regum: quia infirmis intellectibus non erit vtile illa hora hanc scripturā audire: alijs vͦo horis legantur. Si autem ieiunij dies fuerit: dicta vespera paruo iteruallo: mox accedāt ad lectionem collationum vt diximus ꝛ lectis quattuor aut quinq̃ folijs: vel quātū hora permittit. omnibus in vnū occurrentibus per hanc moram lectionis: siqs forte in assignato sibi commisso fuerit occupatus occurrat. Omnes ergo in vnum positi

compleant. Et exeuntes a completorio nulla fit licentia denuo cuiquam loqui aliquid. Quod si inuentus fuerit quisquã preuaricari hanc taciturnitatis regulam: grauiori vindicte subiaceat. Excepto si necessitas hospitum superuenerit: aut forte abbas alicui aliquid iusserit. Quod tamen et ipsum cum summa grauitate et moderatione honestissime fiat.

¶ De his qui ad opus dei, vel ad mensam tarde occurrunt: Cap. xliij.

AD horam diuini officij: mox vt auditum fuerit signum: relictis oibus quelibet fuerint in manibus: sũma cum festinatione curran. cum grauitate tñ: vt nõ scurrilitas inueniat fomitẽ: Ergo nihil operi dei pponatur. Nõ siqs ad nocturnas vigilias post gloriã psalmi nonagesimiqrti. quem pp hoc oio protrahẽdo et morose volum⁹ dici occurrerit nõ stet in ordine suo in choro: sed vltimus oium stet: aut in loco quem talibus negligentibus seorsum constituerit abbas: vt videatur ab ipso vel ab omnib⁹: vsq dum cõpleto opere dei publica satisfactiõe peniteat. Ideo aũt eos in vltimo aut

seorsuz iudicauimus debere stare vt visi ab omnibus vel pro ipsa verecūdia sua emendentur. Nam si foris oratoriuz remaneāt. erit forte talis q se: aut collocet: τ dormiat: aut certe sedeat foris vel fabulis vacet: τ detur occasio maligno. Sz ingrediatur itro: vt nec totuz perdat τ de reliquo emendet.

DIurnis autē horis qui ad opus dei post versum τ gloriaz primi psalmi: qui post versuz dicitur occurrerit lege qua supra diximus: in vltimo stet: nec p̄sumat sociari choro psallentiuz vsq3 ad satisfactionem: nisi forte abbas licentiam dederit permissione sua: ita tamē vt satisfaciat reus ex hoc. Ad horam vero refectionis qui ante versum non occurrerit vt simul oēs dicant versum τ orent: τ sub vno oēs accedant ad mensam: qui per negligentiam suaz. aut vitium non occurrerit vsq3 ad secundaz vicē pro hoc corripiatur. Si denuo nō emendauerit non permittatur ad mense cōmunis participationem: sed sequestratus a cōsortio omniuz reficiat solus sublata ei portione sua vini vsq3 ad satisfactionem τ emēdationem. Similiter autem patiatur qui τ ad

aliū versum non fuerit presens q post cibū dicitur. Nec quisquā presumat ante statutā horā vel postea quicquā cibi vel potus percipere. Sed et si cui offertur aliqd a priore: et accipere renuerit: hora qua desiderauerit. hoc quod prius recusauit aut aliud oio non percipiat. vsq ad emēdationē ꝯgruā.

¶ De his qui excōmunicantur quomodo satisfaciāt. Cap. xliiij.

Qui pro grauioribus culpis ab oratorio et a mēsa excōmunicatur: hora qua opus dei in oratorio ꝯcelebratur ante fores oratorij prostratus iaceat. nihil dicēs: nisi tantum posito in terra capite et pstratus pronus omniuȝ de oratorio exeuntiū pedib9 se pijciat. Et hoc tādiu faciat vsq dū abbas iudicauerit satisfactū eē. Qui dū iussus ab abbate venerit prouoluat se ipsius abbatis pedibus. deinde omnium vestigijs fratruȝ vt orent pro eo. Et tunc si iusserit abbas recipiatur in choro vel in ordine quo abbas decreuerit. ita sane vt psalmuȝ aut lectionē. vel aliud quid nō presumat in oratorio imponere. nisi iterum abbas iubeat. Et omnibus horis dū cōpletur opus dei proijciat

se in terram in loco in quo stat: et sic satisfaciat: usque dum ei iubeat iterum abbas ut quiescat iam ab hac satisfactione. Qui vero pro levibus culpis excõmunicantur tãtũ a mẽsa in oratorio satisfaciant usque ad iussionem abbatis. Et hoc semper faciant usque dum benedicat et dicat. sufficit.

¶ De his q fallunt in oratorio. Cap. xlv.

Siquis dum pronunciat psalmum responsorium: aut añt. vel lectionem fallitur nisi cum satisfactione ibi coram omnibus humiliatus fuerit: maiori vindicte subiaceat qppe qui noluit humilitate corrigere: quod negligentia deliquit. Infantes vero pro tali culpa vapulent.

¶ De his qui in aliquibus rebus levibus delinquunt. Capitulum. xlvi.

Siquis dum in labore quovis in cogna: in cellerario: in ministerio: in pistrino: in orto: in arte aliqua dũ laborat: vel in quocũque loco aliquid deliquerit: aut fregerit quippiam: aut perdiderit: vel aliud quid excesserit ubiubi: et non veniẽs cõtinuo ante abbatem vel congregationẽ ipse ultro satisfecerit et proderit delictum suum: dum

per alium cognitũ fuerit: maiori subiaceat emẽdationi. Si aie vero peccati causa latens fuerit: tantũ abbati aut spiritualibus senioribus patefaciat: qui sciãt curare sua z aliena vulnera nõ detegere: ac publicare.

¶ De significãda hora opis dei. Ca. xlvij.

Nunciãda hora operis dei die noctuq3 sit cura abbati: aut ipse nunciare aut tali sollicito fratri iungat hanc curam: vt omnia horis competentibus compleãtur: Psalmos aũt vel antiphonas: post abbatem ordine suo quibus iussum fuerit imponãt. Cãtare aũt z legere non psumat nisi q pòt ipsum officium implere: vt edificentur audiẽtes. Quod cũ humilitate z grauitate z tremore faciat: z cui iusserit abbas.

¶ De ope manuũ quotidiano. C. xlviij.

Ociositas inimica est anime: z ideo certis tẽporibus occupari debẽt frẽs i labore manuũ. certis iterũ horis in lectione diuina. Ideoq3 hac dispositiõe credimus vtraq3 tempora ordinari: idest vt a pascha vsq3 ad Kal'. octobris mane exeũtes a pria vsq3 ad horam pene quartam laborẽt. qd necessarium fuerit: ab hora autem quar-

ta vsq ad horā quasi sextā lectioni vacēt: Post sextā autem surgentes a mensa pausent in lectis suis cū omni silentio: aut forte qui voluerit sibi legere sic legat vt alium nō inquietet. Agatur nona tēperius mediāte octaua hora: ⁊ iterum quod faciendū est operentur vsq ad vesperā. Si autē necessitas loci aut paup̄tas exegerit: vt ad fruges colligendas per se occupent. non contristentur: q̄ tūc vere monachi sunt si de labore manuum suarum viuunt: sicut ⁊ patres nostri ⁊ apostoli. Omnia tamen mēsurate fiāt propter pusillanimes.

A Kl'. autem octobris vsq ad caput q̄dragesime vsq ad horā secundā plenā lectioni vacent: hora secunda agatur tertia: ⁊ vsq ad nonam omnes in opus suū laborent quod eis iniungitur. facto autē primo signo hore none disiūgāt ab opere suo singuli: ⁊ sint parati dū scd̄m signum pulsauerit. Post refectionem autem vacent lectionibus suis aut psalmis.

In quadragesime vero diebus a mane vsq ad tertiam plenam lectioni vacēt: ⁊ vsq ad decimam plenā operentur quod

eis iniungitur. In quibus diebus quadra gesime accipiāt oēs singulos codices de bybliotecha. quos per ordinē ex integro legāt qui codices in capite quadragesime dandi sunt. Ante omnis sane deputētur vnꝰ aut duo seniores qui circumeant monasterium horis quibus vacāt fratres lectioni: ꝛ videant ne forte inueniatur frater accidiosus qui vacet ocio aut fabulis: ꝛ non sit intentus lectioni: ꝛ non solum sibi inutilis sit: sed etiaꝫ alios extollit. Hic talis si (quod absit) reptus fuerit corripiatur semel ꝛ secūdo: si non emēdauerit correptioni regulari subiaceat: taliter vt ceteri metum habeāt. Neqꝫ frater ad fratrem iūgatur horis incōpetentibus. Dominico die lectioni vacent omnes: exceptis his q variis officiis deputati sunt. Si quis vero ita negligens ꝛ desidiosus fuerit: vt non velit aut nō possit meditari aut legere: iniūgatur ei opus quod faciat vt nō vacet. Fratribꝰ ifirmis aut delicatis talis opa aut ars iniungat: vt nec ociosi sint nec violētia laboris opprimant vt effugent. Quoꝝ imbecillitas ab abbate consideranda est.

¶ De q̄dragesime obseruatione. C. xlix.

Licet omni tempore vita monachi q̄dragesime debeat obseruationem habere: tamē quia paucoꝝ est ista virtus: ideo suademus istis diebus quadragesime omni puritate vitam suam custodire oēs pariter negligētias alioꝝ tēpoꝝ his diebus sanctis diluere. Quod tunc digne fit si ab omnibus vitijs nos tēperem⁹ orationi cū fletibus lectioni ꝛ compūctioni cordis atq; abstinētie operā demus. Ergo his diebus augeamus nobis aliquid ad solitum pensuꝫ seruitutis nostre: orationes peculiares ciboruꝫ ꝛ potus abstinētiam: ꝛ vnusquisq; supꝫ mensuram sibi indictam aliquid ꝓpria voluntate cum gaudio sancti spiritus offerat deo. i. subtrahat: corpi suo ď cibo: ď potu: ď somno: de loq̄citate: de scurilitate: ꝛ cū spiritualis desiderij gaudio sanctum pasca expectet. Hoc ipsum tamē qđ vnusquisq; offert abbati suo suggerat: ꝛ cuꝫ eius fiat oratione ꝛ volūtate. Quia qđ sine permissione patris spiritualis fit: presumptioni deputabitur ꝛ vane glorie: non mercedis. Ergo cū voluntate abbatis omnia agenda sunt.

¶ De fratribus qui longe ab oratorio la-

borant aut in via sunt. Cap. l.

FRatres qui omnino lõge sunt i labore:⁊ non possunt occurrere hora cõpetẽti ad oratoriũ: ⁊ abbas hoc perpẽdit quia ita est:agant ibidẽ opus dei vbi operantur:cũ tremore diuino flectẽtes genua. Similiter qui itinere directi sunt nõ eos pretereãt hore constitute sed vt possunt agant sibi: ⁊ seruitutis pensum non negligant reddere.

¶ De fratribus qui non satis longe proficiscuntur. Cap. lij.

FRatres q pro quouis respõso pficiscuntur ⁊ ea die sperãt reuerti ad monasterium nõ psumãt foris mãducare:etiam si a quouis rogẽtur nisi forte eis ab abbate suo precipiatur. Quod si aliter fecerint excomunicentur.

¶ De oratorio monasterij. Cap. lij.

ORatoriũ hoc sit ꝙ dicitur nec ibi geq̃z aliud geratur:aut condatur. Expleto opere dei:oẽs cũ summo silentio exeãt ⁊ agatur reuerentia deo:vt frater qui forte sibi peculiariter vult orare nõ impediatur alteriꝰ improbitate. Sz si alter vult sibi forte

secretius orare: simpliciter intret et oret non in clamosa voce sed in lachrymis intentione cordis. Ergo qui simile opus non facit: non permittatur expleto opere dei remorari in oratorio sicut dictũ est: ne alius impedimentum patiatur.

De hospitibus suscipiendis. Cap. liij.

OMnes superuenientes hospites tanquã xp̃s suscipiãtur: q2 ipse dicturus est. Hospes fui et suscepistis me. Et oibus cõgruus honor exhibeatur. maxime tamẽ domesticis fidei et peregrinis. Ut ergo nuntiatus fuerit hospes. occurrat ei a p̃ore vel a fratribus cum omni officio caritatis: et primitus orent pariter et sic sibi socientur in pace quod pacis osculum non prius offerat nisi oratione p̃missa propter illusiones diabolicas. In ipsa autem salutatione omnis exhibeatur humilitas. Omnibus venientibus siue discedentibus hospitib9 inclinato capite: vel p̃strato omni corpe in terra christus in eis adoretur qui et suscipitur. Suscepti autẽ hospites ducantur ad orationẽ et postea sedeat cũ eis prior: aut cui iusserit ipse. Legatur coram hospite lex diuina vt

edificetur. et

edificetur. ꝛ post hec omnis ei exhibeat hu
manitas. Ieiunium a priore frangatur pp
hospitē: nisi forte precipuus sit dies ieiunij
qui non possit violari. Fratres autem ꝯsue
tudines ieiuniorum prosequantur. Aquā
in manib9 abbas hospitibus det: pedes ho
spitibus omnibus tam abbas quam cūcta
congregatio lauet quibus lotis hunc versū
dicant. Suscepimus deus misericordiaꝫ tu
am in medio templi tui. Pauperum autē
ꝛ peregrinoꝝ maxime susceptio oi cura sol
licite exhibeatur qꝛ in ipsis christus magis
suscipitur. Nam diuitiꝫ terror ipse sibi exi
git honorem.

Coquina abbatis ꝛ hospitū per se sit:
vt incertis horis superuenientes ho
spites: qui nunq̄ desunt monasterio non in
quietent fratres: in quā coquinam ingrediā
tur duo fratres ad annum: qui ipsum offi
cium bene impleant. Quibus vt indigent
solacia administrent: vt absq̄ murmuratio
ne seruiant. Et iterum qn̄ occupationē mi
norem habent exeant vbi eis imperatur in
opera: ꝛ non solum in ipsis: sed ꝛ in omni
bus officijs monasterij ista sit consideratio

vt quādo indigēt solatia accōmodētur eis. Et iterum quādo vacant obediant impanti. Item ꝛ cellā hospitum habeat assignatā frater cuius animā timoꝛ dei possideat: vbi sint lecti strati sufficienter: ꝛ domus dei a sapientibus sapienter administretur. Hospitibus autem cui non ꝑcipitur nullatenus sociectur neqꝫ colloquatur. Sed si obuiauerit aut viderit: salutaris humiliter vt dictum est ꝛ petita benedictione pertranseat: dicens sibi non licere colloqui cum hospite.

¶ Si debeat monachꝰ litteras vel eulogia suscipere. Capitulum. liiij.

Nullatenus liceat monacho nec a parētibus suis: nec a quocꝫ hominum: nec sibi inuicē lr̄as aut eulogia vel quelibet munuscula accipere aut dare: sine ꝑcepto abbatis sui. Quod si etiam a parentibus suis ei quicꝫ directuꝫ fuerit non ꝓsumat suscipere illud nisi ꝓzius indicatum fuerit abbati. Quod si iusserit suscipi in abbatis sit potestate cui illud iubeat dari: ꝛ nō contristetur frater cui forte directuꝫ fuerat vt non detur occasio diabolo. Qui autem aliter pꝛesumpserit disciplíne regulari subiaceat.

¶ De vestimẽtis vel calciamẽtis frũꝫ. C. lv.

Vestimẽta fribus ꝺm locoꝛuꝫ qualitatem vbi habitãt vel aerum temper. eni dent: q: in frigidis regionibus amplius indiget: in calidis vero min⁹. hec ergo ꝯsideratio penes abbateꝫ est. Nos tamẽ mediocribus locis sufficere credimus monachis per singulos cucullam ꝛ tunicaꝫ. Cucullam in hyeme vilosam: in estate puram aut vetustã ꝛ scapulare propter opera. Indumenta pedum pedules ꝛ caligas. De quarum reruꝫ oiuꝫ coloꝛe aut grossitudine nõ causent monachi: sed quales inueniri possunt in ꝓuincia in qua habitãt: aut qđ vilius comparari potest. Abbas autem de mensura prouideat vt non sit curta ipsa vestimenta vtentibus eis. sed mensurata. Accipientes noua: vetera semper reddãt in presenti deponẽda in vestiario propter pauperes. Sufficit eniꝫ monacho duas tunicas ꝛ duas cucullas habere ꝓpter noctes ꝛ propter lauare ipsas res. Jam qđ supꝛa fuerit superfluum est ꝛ amputari debet. Et pedules ꝛ quodcunqꝫ est vetustum reddant cum accipiunt nouum. Femoꝛalia hi qui in via dirigunt de

vestiario accipiãt qui reuerentẽs: lota sibi restituant. Et cuculle ꝛ tunice sint aliquanto his quas habere soliti sunt modice meliores quas exeuntes in viam accipiant de vestiario: ꝛ reuertentes restituant.

Stramenta autem lectorum sufficiant matta: sagum: leua: ꝛ capitale. Que tamen lecta frequenter ab abbate scrutanda sunt ꝑpter opus peculiare ne inueniatur. ꝛ si cui inuentum fuerit quod ab abbate nõ acceperit grauissime disciplĩe subiaceat. Et vt hoc vitium peculiare radicitus amputetur detur ab abbate oĩa que sunt necessaria idest cuculla: tunica: pedules: calige bracile: cultellꝰ: grafium: acus: mappula: tabule: vt omnis auferatᷣ necessitatis excusatio: a quo tñ abbate semper consideretur illa sententia actuũ apostoloꝝ. Quia dabatᷣ singulis prout cui ꝗ opus erat. Ita ergo ꝛ abbas consideret infirmitates indigentium: non malam voluntatem inuidentiuꝫ. In omnibus tñ iudicijs suis dei retributionem cogitet.

¶ De mensa abbatis. Cap. lvj.

Mensa abbatis cum hospitibus ꝛ peregrinis sit semper. Quotiens tñ minꝰ

sunt hospites: quos vult de fratrib⁹ vocare in ipsius sit ptãte. Seniorem vnum tñ aut duos semper cum fratribus dimittendum procuret propter disciplinam.

¶ De artificibus monasterij. Cap. lvij.

Artifices si sunt in monasterio cum oi humilitate ꝛ reuerentia faciant ipsas artes: si tñ iusserit abbas. Quod si aliquis ex eis extollitur pro scientia artis sue: eo qđ videatur aliqd ꝯferre monasterio: hic talis euellatur ab ipsa arte ꝛ denuo per eam nõ transeat: nisi forte humiliato ei iteꝝ abbas iubeat. Si qd vero ex operibus artificuꝫ venundandum est videant ipsi per quoꝝ manus transigenda sunt. ne aliquã fraudẽ presumant inferre. Memorentur ananie ꝛ saphire: ne forte mortem quã illi in corpore ꝑtulerunt: hãc isti vel oẽs qui aliquã fraudẽ de rebus monasterij fecerint in aia patiant. In ipsis aũt precijs: non surripiat auaritie malum: sed sp aliquãtuluꝫ vilius deť q̃ꝫ ab alijs secularib⁹ dať vt in oib⁹ glorificeť de⁹.

¶ De disciplia suscipiẽdoꝝ fratrũ. C. lviij.

Nouiter veniens qs ad ꝯuersioneꝫ non ei facilis tribuať ingressus. Sed sicut

ait aplȝ pbate spūs si ex deo sūt. Ergo si ve
niens pseuerauerit pulsans: et illatas sibi in
iurias et difficultatē ingressus post quatuor
aut qnqȝ dies visus fuerit paticter portare:
et psistere petitioni sue: annuat ei ingressus:
et sit in cella hospitū paucis dieb⁹. Postea
aūt sit in cella nouitiorū: vbi meditet et man-
ducet et dormiat. Et senior ei talis dputetur
qui aptus sit ad lucrandas aias: qui sup eū
oino curiose intēdat: et sollicit⁹ sit si vere deū
querit: et si sollicitus est ad opus dei ad obe
diētiā: ad opprobria. Predicent ei dura et
aspera per que itur ad deū: et si pmiserit de
stabilitatis sue pseuerātia post duorū mēsiū
circulū legat ei hec regula per ordinē et di-
catur ei. Ecce lex sub qua militare vis si po-
tes obseruare ingredere. si vo nō potes: liber
discede. Si adhuc steterit tunc ducat in su-
pradictā cellā nouitiorū: et iterū pbet in om-
ni patiētia. Et post sex mensiū circulū rele-
gat ei regula. vt sciat ad qd ingredit. Et si
adhuc stat post qtuor mēses iterū relegat ei
eadē regula. Et si habita secū delibatiōe p-
miserit se oia custodire: et cūcta sibi impata
seruare tūc suscipiat in cōgregatiōe: sciēs se

sub lege regule ꝯstitutuȝ: q̄ ei ex illa die non
liceat egredi de monasterio nec collū excutē
de subiugo regule quā sub taȝ morosa deli
beratione licuit excusare aut suscipere.

SUscipiēdus aūt in oratorio coram oi-
bus ꝑmittat de stabilitate sua: ꝛ ꝯuer-
sione moꝝ suoꝝ ꝛ obediētia corā deo ꝛ san
ctis ei⁹: vt si aliqñ aliter fecerit ab eo se dam
nādum sciat quē irridet. De qua ꝑmissio-
ne sua faciat petitionē ad nomē sctōꝝ quoꝝ
reliq̄ ibi sunt. ꝛ abbatis pñtis. Quā petitio
nē manu sua scribat: aut certe si nō scit lr̄as
alter ab eo rogatus scribat: ꝛ ille nouitius
signū faciat ꝛ manu sua eā sup altare ponat
Quā duȝ posuerit: icipiat ipse nouiti⁹ mox
hūc v̄suȝ: Suscipe me dn̄e ẜm eloquȝ tuū
ꝛ viuam: ꝛ nō ꝯfundas me ab expectatione
mea. Quē versuȝ oīs ꝯgregatio tertio rn̄de
at: adiūgentes glīa patri. Tūc ipse frater no
uitius ꝓsternat̄ singuloꝝ pedibus vt orent
pro eo: ꝛ iaȝ ex illa hora in ꝯgregatiōe repu
tet. Res si quas habet aut eroget ṗus pau
pib⁹ aut facta solēniter donatōe ꝯferat mo
nasterio: nihil sibi reseruans ex oīb⁹. Quip
pe q̄ ex illo die: nec ꝓprij corpis potestatē

se habiturum sciat. Mox ergo in oratorio exuat rebus proprijs qbus vestitus est: & induat rebus monasterij. Illa autē vestimenta qbus exutus est, reponantur in vestiario conseruanda: vt si aliqñ suadente diabolo: cōsenserit vt egrediatur de monasterio: qđ absit: tunc exutus rebus monasterij proijciatur. Illā tñ petitionē quā desup altare abstulit: nō recipiat sȝ i mōasterio reseruet.

¶ De filijs nobilium: vel pauperum qui offeruntur. Capitulum. lix.

Si quis forte de nobilibus offert filium suum deo in mōasterio: si ipse puer minori etate est. parentes eius faciāt petitionē quā supra diximus: & cū oblatione ipsaȝ petitionem & manum pueri inuoluant in palla altaris & sic eum offerant. De rebus aūt suis aut in presenti petitione promittant sub iureiurando: qr nunq̃ꝫ p se nunq̃ꝫ p suspectaȝ psonam: nec quolibet modo ei aliqñ aliqd dent: aut tribuant occasionē habendi. Uel certe si hoc facere noluerit: & aliquid offerre voluerit in elemosinā mōasterio pro mercede sua faciant ex rebus quas dare volunt monasterio donationem: reseruato sibi ita

voluerit vsufructuario. Atq3 ita omnia ob ſtruantur: vt nulla ſuſpitio remaneat puero: per quã deceptus perire poſſit: quod ab ſit: quod experimento didicimus. Similiter autẽ ⁊ pauperiores faciãt. Qui vero ex toto nihil habẽt ſimpliciti petitionẽ faciãt ⁊ cũ oblatione offerant filiũ ſuũ corã teſtib⁹.

¶ De ſacerdotibus qui noluerint in monaſterio habitare. Cap. lx.

Si quis de ordin'e ſacerdotij in monaſterio ſe ſuſcipi rogauerit: non quidẽ ei citius aſſentiatur. Tamen ſi oĩno perſtiterit in hac ſupplicatione: ſciat ſe oẽm regule diſciplinam ſeruatu⁊ nec aliquid ei relaxabit. vt ſit ſicut ſcriptum eſt. Amice ad quid veniſti? Concedatur ei tñ poſt abbatem ſtare ⁊ benedicere: aut miſſas tenere: ſi tñ iuſſerit ei abbas. Sin alias nullatenus aliq̃ preſumat ſciens ſe diſcipline regulari ſubditũ: ⁊ magis humilitatis exempla oib⁹ det. Si forte ordinatiõis: aut alicuius rei cauſa fuerit in monaſterio: illum locum attendat qñ ingreſſus eſt monaſterium non illum qui ei pro reuerentia ſacerdotij ꝯceſſus eſt. Clericorum aũt ſiquis eodem deſiderio monaſte

rio sociari voluerit,: loco mediocri collocet:
Et ipse tamen si promittit de obseruatiõe re
gule vel propria stabilitate.

De monachis peregrinis qualiter susci-
piantur. Capitulũ.lxj.

SI quis monach' peregrinus de lõgin-
quis puicijs supuenerit si p hospite volue
rit habitare in monasterio et contentus fue-
rit consuetudine loci quã inuenerit et nõ for
te supfluitate sua pturbat monasterium: sz
simpliciter ɔtentus est, qđ inuenerit suscipia
tur quãto tẽpore cupit. Si qua sane ratiõa
biliter et cum humilitate charitatis repheu-
dit: aut ostendit: tractet abbas prudenter ne
forte ppter eum hoc ipsuz dominus direxe
rit. Si vero postea voluerit stabilitatẽ suaz
firmare: nõ renuat talis volũtas: et maxime
qz tẽpore hospitalitatis potuit eius vita di
gnosci. Quod si superfluus aut vitiosus in
uentus fuerit tempore hospitalitatis: nõ so
lũ nõ debet sociari corpori monasterij: verũ
etiã dicat ei honeste vt discedat:, ne eius mi-
seria etiã alij vitientur. Qđ si nõ fuerit talis
qui mereatur pijci:, non solũ si petierit susci
piatur congregationi sociandus. verũ etiaz

suadeatur vt stet: vt eius exéplo alij erudiã-
tur: ꝛ qꝛ in oi loco vni dño seruitur: vni regi
militatur. Quẽ si etiã talẽ eẽ pspexerit abbas
liceat eũ in superiori aliquãtulũ ꝯstituere lo
co. Nõ solũ aũt monachũ sꝫ ẽt de supradi
ctis gradibus sacerdotũ vel clericoꝝ: stabi-
lire põt abbas in maiori ꝙ ingreditur loco
si eius talem prospexerit esse vitam. Caueat
autem abbas ne aliqñ de alio noto mõaste
rio monachum ad habitanduꝫ suscipiat: si
ne consensu abbatis eius: aut literis cõmen
daticijs: quia scriptum est. Quod tibi non
vis fieri alteri ne feceris.

¶ De sacerdotibus monasterij. Cap. lxij.

Si quis abbas sibi ṕsbyterũ vel diaconeꝫ
ordinari petierit de suis elligat qui di-
gnus sit sacerdotio fungi. Ordinatus auteꝫ
caueat elationem aut superbiaꝫ nec quicꝙ
presumat: nisi quod ei ab abbate ṕcipitur:
sciẽs se multo magis disciplie regulari sub
ditum. Nec occasioneꝫ sacerdotij obliuisca
tur regule obedientiaꝫ ꝛ disciplinaꝫ sed ma
gis ac magis in deũ ꝓficiat. Locũ vͦo illum
semꝑ attẽdat quo igressus ẽ monasteriũ: ṕ-
ter offiñ altaris. Et si forte electio ꝯgregatio

nis: z voluntas abbatis.: pro vite merito eũ promouere voluerit. Qui tñ regulam a decanis vel prepositis constitutam sibi seruãdam sciat. Quod si aliter presumpserit nõ sacerdos: sed rebellio iudicetur. Et sepe ammonitus si non correxerit: etiam eps adhibeatur in testimonium. Qd: si nec sic emendauerit: clarescẽtibus culpis proijciatur de monasterio si tamen talis fuerit eius contumacia: vt subdi aut obedire regule nolit.

¶ De ordiue congregationis. Cap. lxiij.

ORdines suos in monasterio ita cõseruet: vt conuersionis tempus z vite meritus discernit: vel vt abbas ꝯstituerit. Qui abbas non ꝯturbet gregẽ sibi cõmissuz: nec quasi libera vtens ptãte iniuste disponat aliquid sed cogitet semper qꝫ d oibus iudicijs z operibus suis redditurus est deo rõnem. Ergo ꝺm ordines quos ꝯstituerit vel quos habuerint ipsi fratres sic accedant ad pacẽ ad cõionem: ad psalmum imponenduz: in choro stãdii: z in oibus omnino locis etas non discernatur in ordine nec preiudicet: qꝫ samuel z daniel pueri presbiteros iudicauerunt. Ergo exceptis his quos vt dixim⁹

altiori ꝯsilio abbas ꝓtulerit vel degradaue
rit certis ex causis:reliqui oẽs vt ꝯuertũtur
ita sint:vt verbigratia:qui secunda diei ho
ra venerit in monasterio iuniorem se noue
rit esse illo qui ꝓma hora diei venit cuiusli
bet etatis aut dignitatis sit.

POeris vero per oia ab omnibus disci
plina teneatur. Juniores ergo priores
suos honorẽt:ꝑores iuniores suos diligãt.
Jn ipsa aũt appellatione nominũ:nulli li
ceat alium puro appellare nomine: sed ꝑo
res iuniores suos fratres nominent:iunio
res aũt priores suos nonnos vocãt qḋ in
telligitur paterna reuerẽtia. Abbas autem
q: vices xp̄i agere videt:dñs ⁊ abbas vo
cetur:nõ sua assumptione:sꝫ honore ⁊ amo
re xp̄i. Ipse aũt cogitet:⁊ sic se exhibeat:vt
dignus sit tali honore. Vbicũq; aũt sibi ob
uiãt frẽs iunior a ꝑore bñdictõeꝫ petat:trã
seũte maiore iunior surgat ⁊ det ei locũ sedẽ
di:nec ꝑsumat iunior ꝯsedere nisi ei ꝑcipiat
senior su⁹:vt fiat qḋ scriptũ ẽ. Honore inui
cẽ ꝑuenientes. Pueri pui vel adolescentes
in oratorio vel ad mẽsam cũ disciplina or
dines suos ꝯsequãtur:foris aũt vel vbiubi

custodiaꝫ habeant ⁊ disciplinā vsq͡ꝫ dū ad intelligibilem etatem perueniant.

¶ De ordinādo abbate. Capitulū. lxiiij.

IN abbatis ordinatione illa semꝑ ꝯside retur rō vt hic ꝯstituatur queꝫ sibi omnis concors ꝯgregatio ſm timorem dei: siue ét pars q̄uis parua ꝯgregatiōis seniori consilio elegerit vite auteꝫ merito ⁊ sapientie doctrina eligatur qui ordinandus est etiam si vltimus fuerit in ordine congregationis: qd̄ si etiā omnis congregatio vitijs suis: quod quidem absit: consentientem personaꝫ pari consilio elegerit ⁊ vitia ipsa aliquatenus in noticiam epi ad cuius diocesim pertinet locus ipse vel abbatibus aut xp̄ianis vicinis claruerint prohibeant prauorū preualere consensuꝫ sed domui dei dignuꝫ constituāt dispēsatorem sciētes pro hoc se recepturos mercedem bonaꝫ si illud caste ⁊ çelo dei faciant. sicut econtrario peccatum si negligāt.

ORdinatus auteꝫ abbas cogitet semꝑ quale onus suscepit: ⁊ cui redditturus est rationē villicationis sue sciatq͡ꝫ sibi oportere prodesse magis q̄ꝫ ꝑesse. Oportet ergo eum esse doctuꝫ lege diuina: vt sciat vnde ꝓ

ferat noua ꝛ vetera:castum:sobꝛiuꝫ:miseri-
cordē:ꝛ semꝑ superaltet misericordiā iudi-
cio:vt idē ipse ꝯsequaꝛ. Oderit vitia diligat
frēs In ipsa aūt correptiōe prudēter agat:
ꝛ nequid nimis:ne dum nimis:cupit erade-
re eruginem frangatur vas. Suamqꝫ fragi-
litatē semꝑ suspectus sit:memineritqꝫ cala-
mum quassatū nō ꝯterendū. In quibꝰ nō
dicimus vt permittat nutriri vitia sed pru-
denter ꝛ cum charitate ea amputet ꝓut vi-
derit cuiqꝫ expedire:sicut iā diximus:ꝛ stu-
deat plus amari quā timeri. Non sit turbu-
lentus ꝛ anxius:non sit nimius ꝛ obstinatꝰ:
non sit çelotipus ꝛ nimis suspiciosus:qꝛ nū-
qꝫ requiescet. In ipsis imperijs suis sit ꝓui-
dus:ꝛ consideratus:siue ꝑm deum : siue ſꝫ
seculum sit. Opera que iniungit discernat ꝛ
temperet.cogitās discretioneꝫ sancti Jacob
dicentis. Si greges meos plus in ambulā-
do fecero laborare: morienꝭ cūcti vno die.
Hec ergo aliaqꝫ testimonia discretiōis ma-
tris virtutuꝫ sumens sic omnia tēperet: vt ꝛ
fortes sint quod cupiunt:ꝛ infirmi nō refu-
giāt. Et ṗcipue vt ꝓsentē regulā in oibꝰ cō-
seruet:vt dū bñ ministrauerit audiat a dño

quod seruus bonus qui errogauit triticuȝ ꝯseruis suis in tpe suo. Amen dico vobis qꝛ super omnia bona sua ꝯstituet eum.

¶ De preposito monasterij. Cap. lxv.

SEpius quidem ꝯtingit vt per ordinationeȝ prepositi scādala grauia i monasterijs oriant̄: dum sint aliqui maligno spū supbie inflati: existimantes se secundos abbates esse assumentes sibi tyrānideȝ scādala nutriunt ꝛ dissensiones in ꝯgregatiōe faciūt: ꝛ maxime in illis locis: vbi ab eodē sacerdote vel ab eisdem abbatibus qui abbatem ordinant ab ipsis etiaȝ ꝛ prepositus ordinatur. Quod quā sit absurdum. facile aduertit̄: qꝛ ab ipso initio ordinatiōis materia ei datur superbiendi: dum ei suggerit̄ a cogitationibus suis exutum euȝ esse a potestate abbatis sui: qꝛ ab ipsis est ordinatus a quibus ꝛ abbas. Hinc suscitant̄ inuidie: rixe: detractiones: emulatiōes: dissensiones: ꝛ inordinationes: ꝛ dum contraria sibi inuicem abbas prepositusqꝫ sentiunt ꝛ ipsoruȝ necesse est sub hac dissensiōe animas periclitari: ꝛ hi qui sub ipsis sunt dum adulātur partibus erunt in perditionem. Cuius periculi malum

culi malũ illos respicit i capite:q talibus in ordinatione se fecerunt auctores.

I Deoq3 nos ꝓuidem⁹ expedire pp pacis caritatisq3 custodiã i abbatꝭ pẽdẽ arbitrio ordinationẽ mõasterij sui:ꝛ si pt fieri p decanos ordineẽ:vt antea disposuim⁹ ois vtilitas mõasterij:put abbas disposuerit:vt dũ pluribus cõmittiẽ:vn⁹ nõ supbiat. Q̃d si aut loc⁹ expetit aut ꝯgregatio pecierit rõnabilr cu3 hũilitate ꝛ abbas iudicauerit expedire quẽcũq3 elegerit abbas cu3 cõsilio fratrũ timẽtiũ deũ ordinet ipe sibi ꝑpositũ. Qui tñ ꝑposit⁹ illa agat cũ reuerẽtia:q̃ ab abbate suo ei iniũcta fuerit:nihil ꝯ abbatis volũtatẽ:aut ordinationẽ faciẽs: q2 quãtũ ꝑlat⁹ ẽ ceterꝭ tãtũ eũ oꝫ solicite obſuare ꝑcepta regule. Qui ꝑposit⁹ si rept⁹ fuerit vitiosus:aut elatiõe ꝯcept⁹ supbie: aut ꝯtẽptor scẽ regule fuerit cõꝓbat⁹:admoneaẽ vbis vsq3 q̃ter: si nõ emẽdauerit:adhibeaẽ ei correptio discipline regularis. Q̃d si neq3 sic correxerit:tũc deijciaẽ de ordie ꝑposíture: ꝛ ali⁹ q dign⁹ est i loco ei⁹ suborgeẽ. Q̃d ꝛ si postea in ꝯgregatiõe q̃et⁹ ꝛ obediẽs nõ fuerit:ẽt de mõasterio expellaẽ. Cogitet tñ ab

bas se de oib⁹iudicijs suis do reddituꝝ rō
nē:ne forte iuidie:aut çeli flāma vrat aiaꝫ.
¶ De ostiarijs monasterij. Capitu.lxvj.
Ad portā mōasterij ponat senex sapi
ens qui sciat accipe rñsuꝫ ⁊ reddē:cu
ius maturitas cū nō sinat vagari. Qui por
tarius cellā dꝫ hr̄e iuxta portā:vt venientes
semꝑ p̄ntē iueniāt:a quo rñsuꝫ accipiāt. Et
mox vt aliqs pulsauerit aut pauꝑ clama-
uerit: deo grās rñdeat aut bn̄dicat:⁊ cū oi
māsuetudie timoꝛ dei reddat rñsuꝫ festinā
ter cū feruoꝛe charitatis. Qui portari⁹ si idi
get solatio:iunioꝛē frēꝫ accipiat. Monaste-
riū autē si possit fieri ita dꝫ ꝯstrui:vt oia ne
cessaria.i.aq̄:molēdinū:ort⁹:pistrinū:vl' ar-
tes diuerse itra mōasteriū exerceāt. vt nō sit
necessitas monachis vagādi foras:qꝛ oino
nō expedit aiabus eoꝝ. Hanc aūt regulam
sepius volumus in cōgregatione legi:neqs
fratrum se de ignorantia excuset.
¶ De frīb⁹ i via directis. C.lxvii.
Dirigēdi frēs i via.oiuꝫ fratꝝ vl' ab
batis oꝛoni se comēdēt:semꝑ ad oꝛonē vl-
timā opis dī cōmemoratio oiuꝫ absentiū fi
at. Reuertētes aūt de via frēs ipso die quo

redeunt per oēs canonicas horas diū explet op⁹ dei ꝓstrati solo oratorij ab oib⁹ petāt orōnē pp excessus negd forte surripuerit in via vis⁹aut audit⁹male rei aut ociosi s̄mōis Nec p̄sumat qsq̄ alijs referre:q̄cūq; foris monasterij viderit:aut audierit: qa plīma destructio est. Q̄d siqs p̄sumpserit vidicte regulari sbiaceat. Silr ꝛ q p̄sumpserit clau stra monasterij egredi:vel q̄cūq; ire. vel qp piā q̄uis puū sine abbatis iussione facere.

¶ Si fratri ipossibilia iniūgunt. C.lxviii.

SI cui fr̄i aliq̄ forte gravia:aut ipossi bilia iniūgunt: suscipiat qdē iubentis imperium cū omni mā̄suetudine ꝛ obedien tia. Q̄d si oino virium suarū mensurā vide rit pōdus excedere:impossibilitatis sue cau sas ei qui sibi p̄est patiēter ꝛ oportune sug gerat:nō superbiēdo:aut resistēdo vel ꝯtra dicēdo. Q̄d si post suggōnē suā in sua snia p̄oris iperiū pdurauerit:sciat iunior ita sibi expedire:ꝛ ex charitate ꝯfidēs de adiutorio dei obediat.

¶ Ut i mōasterio nō p̄sumat alter alterū defendere. Caplm.lxix.

SUmmope p̄cauēdū est:ne quavis oc casione p̄sumat alius aliū defendere mona

chorũ i mõasterio: aut q̃si tueri: ẽt si q̃l ↄsan guinitatis ꝓpinqtate iungant. Nec q̃l mõ id a mõachis p̃sumat: q: ex ide grauissima occasio scãdaloꝝ oriri põt. Qd si qs h̃ trãs gressus fuerit acrius coerceatur.

Ut nõ p̃sũat q̃sq̃ aliquẽ passĩ cedẽ aut excõicare. C. lxx.

Ꝺetet i monasterio oĩs p̃sũptiõis occasio. Ordinam⁹ atq̃ ↄstituim⁹: vt nulli liceat quẽquã fratrũ suo rũ excõicare aut cedẽ: nisi cui ptãs ab abba te data fuerit. Peccãtes ãt corã oĩb⁹ arguã tur vt ceteri metũ hẽant. Infãtib⁹ v̉o vsq̃ ad q̃ntũdecimũ annũ etatꝭ discipline diligẽ tia sit ⁊ custodia adhibeat ab oĩb⁹: s ⁊ hoc cũ oĩ mẽsura ⁊ rõne. Nã i fortiori etate: q p̃ sumpserit aliq̃ten⁹ sine p̃cepto abbatꝭ vł in ipsis ifantib⁹ sine discretiõe exarsit discipli ne regulari subiaceat: q: scriptũ ẽ. Qd tibi nõ vis fieri: alij ne feceris.

Ut obediẽtes sint sibi frẽs iuicẽ. C. lxxi.

Obediẽtie bonũ: nõ solũ abbĩ exhibẽ dũ ẽ: s ẽt sibi iuicẽ obediãt frẽs sciẽ tes p̱ hãc obediẽtie viã: se ituros ad deu. Premissio ergo abbatꝭ. aut p̃positorꝝ q ab eo ↄstituunt iperio cui nõ p̱mittim⁹ p̱uata i

peria ꝓponi: ĉ cetero oēs iunioꝛes ꝓoꝛib⁹ suis oi caritate sollicitudine obediant qđ si: qs ɔtētiosus repit̄ coꝛripiat̄. Si qs aūt frat̄ ꝑ q̄uis minima cā ab abbate vel a q̄cunq3 ꝓoꝛe suo coꝛripit̄ quolibet mō. vel si leuiter senfit aiu3 ꝓoꝛis cuiuscūq3 ɔtra se iratū v̄l ɔmotū q̄uis modice: mox sine moꝛa tā diu ꝓstrat⁹ i t̄ra aū pedes ei⁹ iaceat satisfaciēs: vsq3 dū bn̄dictiōe3 sanet̄ illa ɔmotio. Qđ si qs ɔtēpserit face aut coꝛpali vīdicte sbiaceat aut si ɔtumax fuerit ĉ monasterio expellat̄.

¶ De celo bono quē debēt mōachi hēre.

Sicut est çelus amaritudinis C.lxxij. malus q sepat a deo: ꝛ ducit ad īfernū ita est ꝛ çelus. bon⁹ q sepat a vitijs: ꝛ ducit ad deū: ꝛ ad vitā eternā. Hūc ergo zelū fer uētissimo amoꝛe exerceāt monachi. i. vt ho noꝛe se inuicem ꝓueniāt. Infirmitates suas siue coꝛpoꝝ siue moꝝ patiētissime tolerent obedientiā sibi certatī ipendāt. Nullus qđ sibi vtile iudicat sequatur: s3 qđ magis alij. Caritate3 fraternitatis: casto ipendāt amo re deum timeant: abbate3 suū sincera ꝛ hu mili caritate diligant xp̄o oino nihil p̄ꝛepo nāt: q nos pariter ad vitā eternā perducat.

¶ De eo qd non ois obseruatio iustitie in hac sit regula cōstituta. Capitulum.lxxiij.

Regulā āt hāc descripsim⁹ vt eā obseruātes in monasterijs aliq̄tenus vl' honestatē moꝝ aut initiū ↄuersationis nos demōstremus hr̄e. Ceterū ad ꝑfectionē ↄuersationis qui festinant sunt doctrine scōꝝ patruꝫ quaꝝ obseruatio ꝑducit hoieꝫ ad celsitudinē ꝑfectionis. Que eniꝫ pagina: aut qs sermo diuine auctoritatis veteris ac noui testamēti nō est rectissima norma vite humane? Aut qs liber scōꝝ catholicoꝝ patꝝ hoc nō resonat: vt recto cursu perueniamus ad creatorē nr̄ꝫ? Necnō ꝛ collationes patrū ꝛ instituta ꝛ vite eoꝝ: sed ꝛ regula sancti p̄ris nr̄i Basilij: qd aliud sunt nisi bene viuentiū ꝛ obedientiū monachoꝝ exēpla ꝛ instr̄a virtutū? Nobis aūt desidiosis ꝛ male viuētibus atqꝫ negligētibus rubor ↄfusiōis est. Quisqs ergo ad patriā celestē festinas: hāc minimā inchoationis regulā descriptaꝫ: adiuuāte christo ꝑfice: ꝛ tūc demū ad maiora que supra cōmemorauimus. doctrine vtutūqꝫ culmina deo protegente peruenies.

A M E N

¶ Deuotissima forma profitendi sub eodem Beatissimi. P. Benedicti regula iuxta optimam consuetudinem cõgregationis Casinẽsis. al's. S. Iustine de padua.

¶ Quãdo nouiti⁹ pfiteri debet pater monasterij pparet se missam celebraturus aut alius assistente patre. Et post offertorium accedat nouitius professurus ante altare et rectus legat petitionem suam dicens.

¶ Forma petitionis.



In nomie domini nostri iesu xpi Amẽ. Anno a natiuitate eiusdẽ. M.ccccc. Die mensis. Ego do. N. ð tali loco et diocesi pmitto stabilitatez meã et cõuersionem morũ meorũ et obediẽtiã sʒ Regulã sci Bñdicti Corã deo et omnib⁹ sanctis: quorũ reliquie habent in hoc monasterio. N. diocesis

N. In p̄sentia Do. B. abbatis eiusdē monasterij sub ꝯgregatiōe. S. Iu. ad cuius rei fidē hāc petitionē manu propria scripsi die quo supra. Quā pfecta; offerat super altare illud osculando: ac signum crucis in ea manū propria imprimendo. Postea stāte eo genib⁹ flexis pāter monasterij dicat hāc orationem absolute.

Oremus fratres charissimi: vt qđ frater iste ore ꝓfessus est: opere feliciter cōpleat: auxiliante domino nostro Iesu christo: q cū p̄re ꝛ spirituscō viuit ꝛ regnat de⁹ per omnia secula seculoꝝ. Amē. Tunc iste nouitius dicat ter, hunc versu; faciēdo tres genuflexiones in modū psallendi. Suscipe me dn̄e secūdū eloquiū tuū ꝛ viuā: ꝛ nō ꝯfundas me ab expectatiōe mea. Et chorus similiter ter rn̄deat eūdem versu; cum Glia p̄ri. Nouitio igit̄ stante genib⁹ flexis capite aliquātulū iclinato caputiū ꝓfunde in capite tenēte: Pater monasterij mediocri voce cātādo hos dicat versus sequētes cum suis orōnibus. Kyriel. Chorus rn̄det Christel. Kyriel. Pr̄ nr̄. ℣. Et ne nos. ℟. Sz libera. ℣. Saluū fac seruum tuu;. ℟. Deus

me⁹ spantē i te. ℣. Oñde ei dñe misericordiā tuā. ℟. Et salutare tuū da ei. ℣. Esto ei dñe turris fortitudis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil pficiat inimic⁹ i eo. ℟. Et fili⁹ iniqtatis nō apponat nocere ei. ℣. Mitte ei dñe auxiliū de scō. ℟. Et de syon tuere eū. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscu3. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus Oratio.

DEus idulgētie pr̄ q seueritatē tue districtionis tēperās: indulsisti: ne fili⁹ portet iniqtatē pr̄is: ꝛ q mira dispēsatiōe ēt malis bene vtēs: tue dignatiōis grāz p eos frequēter oparis: q̄sumus clementiā tuam: vt huic famulo tuo nō obsistat ꝙ hitū religiōis p nos tāta ac tali re idignos accipit: s3 ministeriū qd per nos exteri⁹ exhibet: tu interius p donū sancti spiritus exequaris. Per. in vnitate eiusdem. Oremus. Oro.

DEus q p coeternū filiū tuum cuncta creasti: quiq3 mūdū peccatis iueteratū: p mysteriū icarnatiōis eius renouare dignat⁹ es: te suppliciter exoramus: vt eiusdē dñi nr̄i gratia sup hūc famulū tuū abrenūciationem seculi profitētez clementer resp

esse dignetur:per quā in spiritu mentis sue renouatus veterē hoiem cum actibus suis exuat ⁊ nouum q̄ ſm deū creatus ē iduere mereat. Per eūdē xp̄m dn̄z nr̄m. Oremꝰ.

Oro. Domine Jesu qui es via sine q̄ nemo venit ad patrē:q̄s benignissimā clemētiā tuā:vt hūc famulū tuū a carnalibꝰ desiderijs abstractū p iter disciplinē regularis deducas vt qui peccatores vocare dignatus es dicēs:venite ad me oēs q laboratis ⁊ onerati estis:⁊ ego reficiā vos:p̄sta vt hec vox iuitatiōis tue ita i eo cōualescat q̄tenus onera pctōꝝ deponēs:⁊ q̄ȝ dulcis es gustās:tua refectōe sustētari mereat ⁊ sic attestari d ouibꝰ tuis dignatꝰ es.agnoscere eū inter oues tuas:⁊ ipse te agnoscat: vt alienū nō sequat sȝ te:neqȝ audiat vocē alienoꝝ sȝ tuā q̄ dicis:q mihi ministrat me seq̄t Qui viuis ⁊ regnas i scl'a scl'oꝝ. Oremus.

Oro. Sancte spūs q te deū ac dn̄m reuelare dignatus es mortalibus imēsam tue pietatis grāȝ postulamus:vt sicut vbi vis spiras:sic ⁊ huic famulo tuo affectū deuotiōis idulgeas:⁊ q̄m tua sapia est ↄdi tus tua quoqȝ ꝓuidentia gubernet:quē iux

ta tibi consuetã grã3 vnctio tua de omnib⁹
doceat: ꝛ per intercessionẽ beatissimi patris
nri Bñdicti: quẽ precipuũ huius scẽ insti-
tutiõis legislatorẽ dedisti necnõ ꝛ alioꝝ san
ctoꝝ ad quoꝝ noĩa petitionẽ facit: fac eu3 a
vanitate seculi veraciter conuerti. ꝛ sicut es
oium pctõꝝ remissio: deprimẽtes impieta
tis obligatiões in eo dissolue: ꝛ ad obseruã
tiã huius sancti propositi fac eũ certati3 fer
uere: vt in tribulationib⁹ ꝛ angustijs tua in
deficienti consolatione valeat respirare: ꝛ iu
ste ꝛ pie p verã humilitatẽ atq3 obediẽtiã in
fraterna charitate fundat⁹: qđ te donãte ho
die ꝑmittit felici ꝑseuerãtia compleat. Qui
cũ deo patre sanctoq3 vnigenito filio ei⁹ do
mino nostro Jesu christo viuis ꝛ gloriaris
deus per infinita secula seculoꝝ. ℞. Amen.
His cõpletis vertit se ad benedicẽdũ indu
menta monachalia absolute icipiẽs orõnẽ.

Domine Jesu christe q tegumẽ no-
stre mortalitatis induere dignatus
es: obsecramus immensam tue largitatis
abundantiã vt hoc genus vestimenti: quod
sancti patres ad innocentie vel humilitatis
indicium abrenunciantes seculo ferre sanxe

runt: tu ita bene✠dicere ꝛ sanctificare di-
gneris vt hic famulus tuus qui hoc indu-
tus fuerit indumento te quoq; induere me
reatur. Qui viuis ꝛ regnas in secula seculo
rum. ℞. Amen. Oremus. Oratio:

Deus eternoꝝ bonoꝝ fidelissime pro-
missoꝛ ꝛ certissime psolutoꝛ q vesti-
mētū salutis ꝛ idumētū iocūditatis tuis fi-
delib⁹ pmisisti. clementiā tuā humiliter ex
poscimus: vt hec idumēta hūilitatē cordis
ꝛ cōtemptū mūdi significātia qb⁹ famulus
tu⁹ sancto visibili est iiformādus pposito
ppitius bene✠dicas: vt beate abnegatiōis
habitū quez te aspirante suscipit te ptegen
te custodiat: ꝛ quem vestibus venerāde re-
ligionis iduis tpaliter: beata facias imorta
litate vestri. Per christū. Oremus. Oro.

Domine deus bonarum virtutū da
toꝛ ꝛ omniū benedictionū largus in
fusoꝛ te subnixis precibus depꝛecamur: vt
has vestes benedicere ꝛ sanctificare digne-
ris q̄s famulus tuus pro indicio agnoscē-
de religionis induere vult vt inter reliquos
fratres tibi cogoscatur dicatus. Per do.

¶ Quibus cōpletis nouitius ac indumē

ta p̄fata adoleant incenso ⁊ aqua benedicta aspgant. Postea pater genuflectēs in medio ante altare incipit cantare hymnuz.

Veni creator spūs mētes tuoꝝ visita: imple supna gr̄a que tu creasti pectora. Qui paraclytus diceris donū dei altissimi: fons vīu⁹: ignis charitas ⁊ spiritualis vnctio. Tu septiformis munere: dextre dei tu digitus: tu rite ꝓmissuz patris: sermone ditās guttura. Accende lumē sensib⁹: infunde amorē cordibus isirma nr̄i corpis: virtute firmās ꝑpetim. Hostez repellas lōgi⁹ pacē q̄ dones ꝓtinus: ductore sic te p̄uio: vitemus omne noxiū. Per te sciamus da patrez noscamus atq̄ filiū: te vtriusq̄ spiritū: credam⁹ oī tp̄e. Glia patri dn̄o: nato q̄ q a mortuis: surrexit ac paraclyto: in seculorum secula. ℞. Amen. Chorus vsq̄ in finem prosequitur. Interim pater exuat nouitium habituz nouitialem dicendo hunc versum. Exuat te dominus veterem hominem cum actibus suis. Subsequenter induat eum vestibus benedictis: dicēs hūc versum. Induat te dominus nouum hominem qui s̄m deum creatus est in iustitia

⁊ sanctitate veritatis. ℭ Quo induto pater absolute incipit orationem.

Omnipotēs sempiterne deus cuiꝰ charitatis ardore succensus hic famulus tuus stabilitatem suam tibi in hac cōgregatione promittēdo: tuo iugo collum summittit: cōcede ꝓpitius: vt in vltimo tui examinis die in dextera tua collocatus: cuncta deuotiōis sue ꝓmissa se adimplesse letetur. Per christum dominum nostrum. Oratio.

Deus qui beatissimum Benedictuꝫ abstractuꝫ a mūdi turbinibus tibi soli militare iussisti: tribue quesumus huic famulo tuo sub eius magisterio ad tuū seruitiuꝫ festinanti: perseuerandi instantiā: ⁊ ꝑfectaꝫ vsqꝫ in finē victoriaꝫ. Per xp̄m. Oremus.

Presta domine famulo tuo renūcianti secularibus pōpis grē tue ianuas aperiri: qui despecto diabolo cōfugit sub titulū xp̄i: iube eum veniētē ad te sereno vultu suscipi: ne de eo valeat inimicus triūphare tribue ei brachiū infatigabile auxilij tui: ⁊ mentem eius fidei lorica circunda: vt pericula cūcta ⁊ diaboli tentamēta se gaudeat euasisse. Per eundem dominum nostruꝫ.

¶ Quibus cōpletis: pater det ei osculuꝫ pacis: ⁊ sic successiue oēs fratres a choro venientes. Postea surgēs de loco illo iaceat super vnuꝫ latus ante altare honeste super palio nigro ad hoc p̄parato: facie manibus cū pedib⁹ de cuculla coop̄tis positis duobus cereis vno ad caput ⁊ altero ad pedes: in signum vt viuat mortuus ⁊ moriatur viuens. Completa vero postcōmunione sacerdos siue diaconus vertēs se ad ipsuꝫ mediocri voce dicat. Surge q dormis: ⁊ exurge a mortuis: ⁊ illuminabit te christus. Tūc ipse frater surgat ad cōmunionem. Demū pater benedicat euꝫ dicēs. Benedictio dei patris omnipotentis ⁊ filij ⁊ spiritus sancti descēdat super te et maneat semper. Amē. Postea assignetur sibi locus in vltimo p̄fessorum gradu.





¶ Incipit Speculuz. D. Bernardi abbatis casinẽsis de his ad que in professione obligat monachus. Et que sint in regula que habeant vim precepti que mandati z que consilij.

Prologus eiusdem.




P Recordialissimis fratribus Joãni decano Thomacio vice dcano sacroqꝫ conuentui casinensi beatissimi bñdicti. Bernardus successor indignus in rore celi z pinguedine



si aliqd ad legentis:in hoc opusculo edifica tionem ministeriorū est digestum. ¶ Hoc ergo speculum vobis fratres charissimi decreui tradēdum:in quo de monastice ꝓfessionis obseruantijs ⁊ respōsione qōnis ꝑfate:cum explanatione ipsoꝝ que coram deo ⁊ sanctis eius professi sumus aliqua sunt inserta. Utile iudicans simplices vultum sue natiuitatis in ipso aliqñtiēs speculari. Maioribus enim qui exercitatos habēt sensus multo maiora debentur. Et q̄uis ijdem de mensa sacre scripture comedant panem filioꝝ:nō tamē debent despicere micas catellis largitas vel ipsas petentes humiliter cananeam. ¶ Quia vero ꝑfata questio vix enodari posset: nisi professionis nostre forma: cum suoꝝ declaratione verboꝝ in hoc ꝑmitteretur tractatu diuisi opusculū in tres partes. Prima forma monastice professionis declarabit. Scḋa temere ꝓfitētes ⁊ male viuētes redarguēdo mōstrabit. Tertia negligētia ꝓfessoꝝ scripture stimulis excitabit.

PRimo ponitur forma ꝓfessionis ⁊ explanant tria que in ꝓfessione ꝯtinent. ¶ Secūdo agitur de stabilitate ⁊ alijs que

ad stabilitaté faciunt seu valere noscuntur.
¶ Tertio remissus descensus stabilitati ad uersari monstratur.
¶ Quarto reditus monachorum ad seculum damnabilis probatur.
¶ Quinto de transitu monasterij ad monasterium tractatur.
¶ Sexto vagus & curiosus discursus reprehenditur.
¶ Septio q̃ sit vera morꝫ ꝯuersio ostẽdit.
¶ Octauo eius impedimenta numerãtur & vitanda probantur.
¶ Nono q viuũt sub obediẽtia ꝯmẽdant
¶ Decimo q̃stio ponit disputat & soluit.
¶ Capl'z ꝑmũ i quo & ꝓfessionis forma: & tria q̃ i ꝓfessione ꝯtinent explanant in gñe.



Onachus inquã ꝓfitetur sꝫ q̃ ex capl'o regule de disciplina suscipiendorũ fratrũ colligit his v̀bis. Suscipiẽdus aũt i oratorio corã oib' ꝓmittat de stabilitate sua: & morꝫ cõuersiõe & obediẽtia corã deo & scis eius. Unde hec est professionis forma. Ego frater talis ꝓmitto stabilitatem & morꝫ con

